


245
DE
POTESTATE
PAPÆ:

*An & quatenus in Reges &
Principes seculares ius & impe-
rium habeat:*



G V I L. B A R C L A I I I. C.
Liber posthumus.


*Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris,
& quæ Dei Deo.*



Anno M. D. C. I X.







St. James
et al.


WM BARCLAY PROF OF CIVIL LAW
[LONDON, ELIOT'S COURT PRESS]





名古屋大学図書
洋 695952





POT

An & q
Principes

GVIL

Reddit

244
DE
POTESTATE
PAPÆ:

*An & quatenus in Reges &
Principes seculares ius & impe-
rium habeat:*

G V I L. B A R C L A I I I. C.
Liber posthumus.

*Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris,
& quæ Dei Deo.*



Anno M. D. C. I X.

DE
POTESTATE
PAPAE:

Ab Episcopo in Regni
Principes sententiam in Regni
anno 1619:

CVLTISSIMO PATRI I. C.
Episcopo Romano

Respondeo Episcopi que sunt Episcopi
et que sunt Dei



Anno M.D.C.IX

Un h



BE



tum ad vlti
ris, mox se
ueniente,
opus tuo se
duraturum
auctore no
rem in ijs
gumentis i
aperta &



BENEVOLO

Lectori S.

Hunc librum à Guilielmo Barclaiio, & genere & moribus illustri viro, diu elaboratum, necdum tamen exactum ad vltimam limam, primùm curis, mox senectâ, fato denique interueniente, Accipe, mi Lector, vt & opus tuo seculo vtile, & cum Mundo duraturum. Tot vigilias extingui cum authore nolimus, sed potius authorem in ijs perennare. Maiestas argumenti & quotidianus vsus; tum aperta & subtilis disputandi ratio,



Ad Lectorem.

non conuitiis atrox, non transuersa
affectibus; & præterea authoris inte-
gritas & in religione constantia, hunc
librum ita commendabunt, vt tantùm
in Virtutis & Veritatis exilio repudi-
ari possit. Argumentum antea vel in-
fame vel suspectum, hæreticis eo abu-
tentibus ad Pontificis & Religionum
despectum, & mixturâ *spiritualium*
rerum hanc *Temporalem* corrupen-
tibus causam. Ecclesiam Palmæ facil-
limè componas: Vt hæc in onera ni-
titur, sic illa in hæresium pondera a-
nimosior exurgit. Quicquid secta-
rij hoc seculo susceperunt oppugnan-
dum, sanctius & religiosius coluimus.
Plura templa peregrinantibus aperta,
plures *Indulgentiæ* concessæ merenti-
bus, titulique sanctæ Virgini non su-
pra pietatem, sed supra morem addi-
ti. Præcipuè Pontificem Romanum,
cui potestatem omnem abrogabant,
à Nouatorum furore asseruimus. Sub-
lata

lata ex
um ne
nihil
uas det
ritualib
debatu
Aposto
releos
malo
nes de
com
dum
pugna
altrux
annis
author
si mon
aut atro
tificibu
non pa
tate &
rarcha
fiastic

Ad Lectorem.

lata ex Scholis quæstio supra Concili-
um necne esset. Nihil Conciones,
nihil subsellia, quàm eius prerogati-
uas detonare; quæ profectò, in Spi-
ritualibus summæ sunt. Denique vi-
debatur ad externam gloriam fuisse
Apostolicæ sedi exoptandus hic hæ-
reseos turbo. Sed veteri mortalitatis
malo aut in superstitionem religio-
nes degenerant, aut à cælis ad humana
commoda abducuntur. Igitur multi-
dum Spiritualia Pontificis iura pro-
pugnant, illam quoque potestatem
astruxere, quam à quingentis demum
annis sedes Romana in temporalem
authoritatem Principum usurpavit;
si monumentis credimus, non sæpius
aut atrocius Principibus quàm Pon-
tificibus funestam. Illam, inquam,
non pauci astruebant, vel cæca pie-
tate & hæreticorum odio, vel Hie-
rarchæ suo (qui enim præter Eccle-
siasticos?) studentes, & quasi ex do-
mini



Ad Lectorem.

mini maiestate addituri seruituti dignitatem. Mox vulgus (in quo scios omnes pono, id est magnam Latine scientium partem) statim adduci ad religiosam ineptiam, ut quicquid magni isti & cauti magistri præcepissent, tuerentur, & præterea in Pontifice ipsum Numen aut Regibus præfici aut repudiari crederent. At alij quibus mens altior, nec empta Ecclesiasticis opibus, hunc errorem credulorum, aut prudentum versutiam deuouere vel ridere. Raro tamen vox publica aut libera tam iustè querentium exsonuit. Quidam hanc vanitatem contempserunt. (Nam reuera quid absurdius quàm Principum fasces omni iure, omni lege liberos, Romanæ Purpuræ mancipare, nec armorum vi nec rationis, sed miseris argumentis, consequentijs detortis & similitudinibus; quæ saltem non ijs validiora sunt quibus Hæretici volunt Spiritualem

tualem
quere?
Regum
certorum
Multi d
dis rebu
rentur, n
Pontific
cussisse
nomen
tum, c
sumus
strarum
quam ta
stris ter
treto, c
quæ in
Nam qu
tificum
bines à
privatæ
Regia
ille C

Ad Lectorem.

tualem potestatem à Pontifice extor-
quere?) Alij non publicam omnium
Regum, sed priuatas, vt incidebant,
certorum Principum causas egerunt.
Multi denique timuerunt ne turbidis
rebus, & stulta vulgi pietate viderentur,
non tam amore veritatis quàm
Pontificis odio istam quæstionem excusisse.
Nam & præclarum Politici nomen quàm
nuper turpiter violatum, quàm malè
audiuerit, non possumus nisi cum
sempiterno sensu nostrarum miseriarum
obliuisci. Nunquam tamen desuerunt,
qui his nostris temporibus, ex illo
malorum freto, easdem procellas
expectarent quæ in nostros Maiores
sæuierunt. Nam quæ in immensâ
libertate Pontificum vel causa vel
religio hos turbines à Principibus
prohibeat? cùm priuatæ inimicitæ
Nauarram Ioanni Regi abstulerint;
& nuper Philippus ille Catholicus,
hæresis in suo populo



Ad Lectorem.

pulo in suâ prole vltor , Sixti V. animosa consilia vix euaserit. Res certa ; sed quia in cunabulis extincta, obscurior , Sixtum conceptâ iam in Hispanum sæuâ illâ Excommunicationis formulâ , subitâ febre esse sublatum. Quod ni interuenisset illa mors , quæ fax , quæ tempestas Ecclesiæ imminabat ; Italiâ & Hispaniâ bellis , & per hoc hæresibus , aperta ? Adeò cæleste Pontificatus munus plus mortalium affectuum ab illud obeuntibus accipit , quàm in eos diuinitatis infundit. Nec , vt modò dicebam , defuerunt qui particulares causas susciperent , vt qui antea pro Rege Christianissimo , & nuper pro Venetis scripserunt. Sed omnes in partibus erant ; nec adhuc extitit qui procul à factionibus hanc quæstionem aggrediretur. Ecce tandem in hoc libro vox hominis Catholici non præoccupata , non corrupta ; & in eâ

eâ sensus
nec inep
uatas vti
hunc An
memoria
cis potest
timis ac
eius relig
lum aut
nouerunt
Roman
minimâ
cione inu
tarum se
ctos relig
tatis. Ist
minus vi
bus belli
fato. Her
chi cecid
tunc de
cierate
tentia c

Ad Lectorem.

eâ sensus Catholicorum omnium qui
nec ineptiunt, nec sua iudicia ad pri-
uatas utilitates cogunt. Quid autem
hunc Authorem impulerit, illustris
memoriæ virum, vt de hac Pontifi-
cis potestate scriberet, vt ab eius in-
timis accipi sic referam. Nam de
eius religione tot testes sunt quot il-
lum aut in Lotharingia, aut Andibus,
nouerunt. Acerrimus Catholicæ ac
Romanæ fidei assertor, ne quidem
minimâ impietatis aut hæreseos suspi-
cione inundatus. Ipsâ quoque Iesui-
tarum sententiâ vir eximiæ supra do-
ctos religionis, & supra Laicos pie-
tatis. Istum librum ante annos plus
minus viginti exorsus est, furenti-
bus bellis, & penè in supremo Galliæ
fato. Henricus iij. parricidio Mona-
chi ceciderat, & Lotharingia, vbi
tunc degebat, ad miseri foederis so-
cietatem accesserat. Barclaius in sen-
tentiâ constans, cum res parum ver-
bis



Ad Lectorem.

bis iuuaretur, scriptis incubuit; Reges tum à Pontificis tum à populi potestate asserens. Et quidem *De regno* libros, quibus popularem ambitum exagitabat nulla dissimulatione conscripsit. Sed hoc opus secretò aggressus est, cùm tunc aliquid Pontifici negare hæresis censeretur. Sedatis tandem rebus ipse per ocium recensere primas curas, & opus iam maturum Clementi Viii. Pont. Max. vouere. Verùm domesticis negotijs auocatus à communi curâ, retraxit à typographiâ iam fugientem foetum. Nec infelix mora fuit, quamquam longa & annorum penè decem. Multa in eo addita, emendata plura, sed & detractis leuioribus ingens volumen commodè ad pauca reuocatum. Accendebant hominem & pietate & iam senectâ liberiolem illæ turbæ quas multi ominabantur; cùm Pontifex in Anglum Venetosque districtus,

ctus, ill
stris alie
lienare v
natum in
obitus.
mum foet
emerunt.
scriptum
caret, in
eptias B
homine
uiora s
entibus
menta,
entia. Q
fellerè in
fraude ta
in quibu
fidij pos
num exc
vitia acc
Guilielm
Vale, &

Ad Lectorem.

ctus, illum quidem iam à sacris nostris alienum acerbare, hos autem alienare videbatur. Sed tam pium conatum interceptit felix & in Christo obitus. Amici autem hunc posthumum foetum à paterno sepulchro exemerunt. Accipe igitur, Lector, hoc scriptum, quod ut imperfectum sine caret, ita & morte. Non videbis ineptias Bosij, aut Doctorem Martham, homines omni risu dignos, (nam grauiora supplicia non omnino desipientibus relinquo) sed robusta argumenta, graui iustoque pondere ferientia. Quòd si aliquis hoc opus refellere instituet, velim ne oratoria fraude tantum leuia quædam carpat, in quibus nec ipse author multum subsidij posuerit: Sed ipsam vim rationum excutiat; diluendi aut asserendi vitia accuset. Si quis aliter faxit, sciat Guilielmi Barclaij cineres loqui posse. Vale, & fruere.





[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



SAM
PAT



Præful
stioni loc
na equab
huic rei,
set. Qua
Reges &
qua tant
tata, non
afflexit.



SANCTISSIMO
PATRI AC DOMINO,

Clementi Vii. Pontifici

Maximo

GVIL. BARCLAIVS S.P.

SI à Petro in hunc diem tuæ
Sanctitati similes Episcopos
Roma vidisset, (Summe
Christianorum pater &
Præsul) non fuisset hoc tempore isti quæ-
stioni locus. Moderatio, & nomine tuo dig-
na æquabilitas, aut non aperuisset aditum
huic rei, aut grauiori præiudicio firmas-
set. Quæstionem de temporali tuæ sedis in
Reges & Principes potestate hinc excus-
si, quæ tantis motibus tantog, sanguine agi-
tata, non sæpius Principes quàm Ecclesiam
afflixit. Tuoque nomini dicaui, ne aut de-
fugisse

Epistola Dedicatoria.

fugisse auctoritatem tuam viderer, aut Regum potius quam Ecclesie rem gessisse. Quod si id non ad gustu omnium, cogitent velim, nulla medicamina sine amaritudine salubritatem infundere. Argumentu for- tasse inuidiosum, scrupulosis hominibus, aut inimicis meam mentem sensumq, tor- quentibus: quod tamen Sanctissime Pater, tum Veritatis studio suscepi, tum quod hanc potestatem semper censui omnium fluctuum fontem esse, quibus hodie heresis tuum nauigium lacepsit. Iulius ij. Ponti- fex, repentinis inimicitis mutatus, non modo in Ludouicum xij. Gallie Regem de- tonuit, sed & Iohanni Nauarro Regi, quod in auxilijs Galli fuisset, imperium abrogauit. Et quidem Ludouici fortuna hoc Pontificium fulmen a Gallia submo- uit. Sed Nauarrenus, cum a latere Hispa- num haberet, Pyrenais autem excludere- tur a Gallia, Romanae irae & Iberica am- bitioni impar fuit. Spoliatus maiori parte regni recessit in Galliam, vbi amplas cli- entelas

entelas,
incendium
Ioannis L
incitati su
in sedem E
Optimatu
Galliam a
mas, mox
Henricum
dubitat e
religione
mens Vj.
edixerat
ceca & i
Angliam o
refecit, qu
auita sacr
cincia & co
sub Jacobo
ria iunijis a
veneno cor
corum in
est illoru

Epistola Dedicatoria.

entelas, & gentiles habebat. Superuenit
incendium quod Lutherus conflauit, &
Ioannis Nauarreni heredes proprio odio
incitati facile ad partes abscesserunt quæ
in sedem Romanam coibant. Horum igitur
Optimatum studijs heresis primum per
Galliam dispersa est, quæ per ipsas flam-
mas, mox per bella in hunc diem durauit.
Henricum autem Viij. Angliæ Regem quis
dubitat eiusdem potestatis odio non tam à
religione quàm à Pontifice secessisse? Cle-
mens Vj. se Henricum Regni iure priuare
edixerat; & ille non iniusta fortasse, sed
caeca & intemperanti iracundia exarsit.
Angliam occasione Schismatis hereticis pa-
tefecit, qui mox sub Edwardo Vi. validi
auita sacra sustulerunt. Scotia autem vi-
ciniâ & communione Angliæ tentata, cum
sub Jacobo V. restitisset, tandem sub Ma-
ria initijs imbuta, & mox insinuante se
veneno corrupta est. Ita quicquid hereti-
corum in Gallia Britanniaq; hodie est, id
est illorum vnicum robur, hoc temporalis
potestatis

Epistola Dedicatoria.

potestatis miserabili calore, tanquam pestilenti ovo conceptum est & educatum. Vide, Pater Sanctissime, quàm non expediat Ecclesie istud imperium vindicare, quod veluti Sciani equus proprios dominos peruertit. Hoc igitur opus, non Principum, sed religionis & veritatis studio aggressus sum, tibiq; summo pastori, sincero & supplici animo obtuli, cuius est de lepra & lepra iudicare. Si quid erit in his scriptis quod probum aut vtile putabis, ego sanè tanti testis suavissimâ memoriâ meam senectutem oblectabo. Sin probato fortasse studio meo, tamen improbabis sententiam, erit apud posteros moderationis tuæ signum quod innoxia libertas disputandi sub te nemini fraudi fuerit. Sit hoc moderationis tuæ, at nunquam pertinaciæ meæ signum: quicquid enim huius negotij est, tuo examini relinquo, vt hoc libello non tam quid sentiam exprompsisse, quàm à tuâ Sanctitate quid sentire debeam, videar quehisse. Vale.



GVI
DE P

AN,
RE



Illustrissimus
Theologus
de Summe
psit: qui si
Pontificis
probavit



GVIL. BARCLAI. I. C.
DE P O T E S T A T E

P A P Æ ;
AN, ET QVATENVS, IN
REGES ET PRINCIPES

seculares ius & imperium
habeat,

LIBER POSTHV MVS.



Mlti de hac quaestione, no-
stro praesertim seculo, mul-
ta variè & varias ob causas
scripserunt : sed nemo do-
ctius & luculentius, quàm
illustrissimus Cardinalis, & eruditissimus
Theologus, *Rob. Bellarminus*, in libris quos
de Summo siue Romano Pontifice inscrip-
sit : qui si vt spiritualement & Ecclesiasticam
Pontificis Romani potestatem egregiè con-
probauit, ita temporalem illam potesta-

A

tem



quam pe-
ducatum.
non expe-
indicare,
dominos
Princi-
udio ag-
i, sincero
de lepra
his scrip-
s, ego sa-
ria meam
o fortasse
tentiam,
tua sig-
andi sub
modera-
cia mea
gotij est,
ello non
quam à
videt

tem, quam ex quorundam Theologorum sententia dicit eum habere indirectè, solidioribus autoritatum & rationum momentis stabilire potuisset; non esset quod in illo tractatu aut iure carperet aliquis, aut desideraret. Si itaq; complures tum Theologi, tum Iurisperiti, alij post alios, in eandem hanc quæstionem excutiendam incubuerunt, nec priorum de ea iudicium sequentium scriptorum sententijs præiudicauit; cur non & ego aliquem indagandæ veritatis locum, (quandoquidem in eo studio ætatem consumpsi) meo mihi quodammodo iure vendicem?

Sed antequam ordior quid de hac re sententiam explicare, diligens à me cautio & præmunitio adhibenda est, *ne vel aliquod inde sequatur sc. indalum pusillorum, qui æstimant Papam esse unum deum qui habet potestatem omnem in celo & in terra* (vt Gersonis^a verbis vtat) vel adiuuentum aliquod accedere videatur nouatorum calumnijs, quibus sedem Apostolicam consecantur, vt supremo animarum Pastori potestatem omnem abrogent. Monendus igitur imprimis lector est, omni me reuerentiâ & beneuolentiâ Sedem illam prosequi, nec id aut hîc aut alibi

^a In resolut.
circa materiam
excom.
consider. xi.

alibi age
tis aliqu
successor
quorum
piè plane
tum anim
quanta,
summo B
stiani ou
& fallaci
vt earum
utram
Deum
fortè re
pensi, v
Eos it
opinor a
aut succ
cessero.
dicam,
Catholic
Scriptur
bis non
tur hon
probar
quod a
uino ac

alibi agere, vt debita potestatis & dignita-
tis aliquid decedat Vicario CHRISTI, &
successori S. S. Apostolorum Petri & Pauli;
quorum patrocinio adiutum me quotidie,
piè planèque mihi persuadeo: sed eo tan-
tum animo esse, vt quæ illa potestas sit &
quanta, quam in Pontifice Romano, id est,
summo Pontifice & Papa, (vt vocant) Chri-
stiani omnes agnoscere debeant, sine furo
& fallacijs, sine studio & odio perquiram: &
vt earum affectionum vacuus, quæ in alter-
utram partem mentes hominum inclinant,
Deum solum præter oculos habeam; ne
fortè redeunte Domino, vel inutiliter ex-
pensi, vel absconditi talenti reus postuler.

Eos itaque obsecro qui ante me, bono vt
opinor animo, scripserunt, ne indignentur
aut succenseant, si ab illorum opinione re-
cessero. Neque enim, vt cum S. Augustino
dicam, ^b quorum libet disputationes, quamuis ^b Epist. III.
Catholicorum & laudatorum hominum, velut ^{ad Fortuna-}
Scripturas Canonicas habere debemus, vt no- ^{tionii Episc.}
bis non liceat, salua reuerentia qua illis debe- ^{de videndo}
tur hominibus, aliquid in eorum scriptis im- ^{Deo. refer-}
probare atque respuere, si fortè inuenerimus ^{tur dist. 9.}
quòd aliter senserint quam veritas habet di- ^{can. 10.}
uino adiutorio ab alijs intellecta, vel à nobis.

aliterq

A 2

Qualis



Qualis ego sum in scriptis aliorum, tales voluisse intellectores meorum, ut aut gratis scilicet admittant, aut cum ratione reprehendant. Sed ad rem.

Duplex Catholicorum quidem hominum (nam alij quid sentiant nihil moror) sed nimis Pontifici addictorum de hac quaestione opinio est. Vna Canonistarum, qui *Papæ iura omnia cælestis & terrestri imperij à Deo concessa*, & quicquid in hoc terrarum Orbe potestatis est, siue temporalis & civilis, siue Spiritualis & Ecclesiasticæ, id omne in *Petrum* & eius successores à Christo collatum esse affirmant; cui principio nulla non facile annectunt, quoties de absoluta potestate, siue de plenitudine potestatis (ut loquuntur) summi Pontificis, aliqua suboritur disputatio. Altera opinio est quorundam Theologorum, quibus fundamentum hoc Canonistarum meritò displicet, quòd neque Scripturæ autoritate, neque Apostolorum traditione, neque veteris Ecclesiæ praxi, neque antiquorum Patrum doctrina & testimonijs liquidò comprobetur. Hi ergo istam illorum opinionem solidissimis rationibus conuellant: sed ita tamen ut ex eius abdicacione, nihil iuris & potestatis temporalis

in
poralis Pot
modo in tu
seruent. Si
Pontificem
lem potestate
ratione spiri
testatem qua
nendi de ten
anorum. A
ne, id isti
pæ tribuunt
eadem sit.

Mihi v
santi, neut
ad tempora
est; Canc
gorum, si in
defendi: cu
naturæ, que
cessum iure
contineat
sententia, v
naturalem
ne quis pot
quod nequ
neque ad
ras profu

poralis Pontifici deperat, quin id ei alio modo in tuto collocent, integrumque conferuent. Sic igitur statuunt, *Pontificem ut Pontificem non habere directè ullam temporalem potestatem, sed solum spiritualem: tamen ratione spiritualis habere saltem indirectè potestatem quandam, eamque summam, disponendi de temporalibus rebus omnium Christianorum.* Atque ita quicquid illi recto ordine, id isti obliquè & per consequentias Pape tribuunt; ut ratio tantum diuersa, res eadem sit.

Mihi verò hanc animo quæstionem versanti, neutra istarum opinionum, quantum ad temporalem potestatem, satis firma visa est; Canonistarum tamen quàm Theologorum, si inter se conferantur, facilius posse defendi: cum saltem, non repugnet ordini naturæ, quo quis imperium sibi in alios concessum iure suo exercet: ac proinde nihil contineat *aduersus*. At verò Theologorum sententia, ut est à suis assertoribus proposita, naturalem rerum ordinem euertit, qui vult ne quis potestate & imperio in alios utatur, quod neque sibi nominatim concessum est, neque ad explicandas res suæ fidei mandatas prorsus est necessarium. Theologi itaq;



isti Canonistarum opinionem probissimè
refellunt, sed pace ipsorum dicam, nec ipsi
melius sentiunt; ut inde dignosci possit,
quanto cuique facilius sit in aliorum scriptis
falsum deprehendere, quàm in suis verum
astruere.

Est & inter ipsos Theologos de hac re
contentio: nam multi Canonistis se socios
addiderunt, seu quòd veri specie decepti
sint: seu quòd sedem *Petri* nulla non laude
dignam, nimio & cæco affectu prosequen-
tes, hoc etiam potestatis & dignitatis apice
ornare voluerunt: seu denique quòd singu-
laribus Pontificum beneficijs deincti, isto
eòs referendæ gratiæ studio sibi arctius con-
ciliare, ne dicam immodicâ assentatione
demereri, cupierunt. Atque horum ut opi-
nò in numero est, qui nuper de congrega-
tione Oratorij exortus, & actiorem se cæteris
astipulatorem Canonistarum obtulit, quem
propterea vir doctissimus, & nobilis Con-
cionator, si quis in Iesuitis est, cum ab eo
quid de hac *Bozj* opinione sentiret percon-
taret, Papalem parasitum vocabat. Nam
libris editis enixè contendit, *Omnem vim re-
giam, omniumque rerum quæ in terris sunt,
potestatem & dominium datum esse Romano
Pontifici*

• Tho. Bo-
zjus.

Pontifici
vspi am
fec ulares
tum à Pa
tionem t
illos deri
Mundi d
& quând
quàmuis
Ac pro in
Castella
ad iudic
nes ign
diob am
Huius
erectus,
quibus et
laudatus
nònos Th
tissime fa
pugnanti
ut nomir
lem; nee
ris habita
potestas
tuntur
menta)

Pontifici iure diuino : & quicquid potestatis
 vspiam terrarum habent Reges & Principes
 seculares, tam fideles quam infideles, id to-
 tum à Papa pendere, & quantum ad execu-
 tionem temporalem tantummodo ab eo in
 illos deriuatum : ita vt ipse, velut totius
 Mundi dominus, regna & principatus, cui
 & quando voluerit, dare vel auferre possit,
 quamuis nemo sciat causam cur ita faciat.
Ac proinde, inquit, potuit Indias Occidentales
Castellæ, Orientales verò Lusitania Regibus
adiudicare & addicere, quamuis cuncti homi-
nes ignorarent connexionem rationis qua ad-
dicebantur, vt supra dicebamus.

Huius itaque opinionis tuendæ fiducia
 erectus, multos excellentes Theologos (in
 quibus est vir ille maximus & nunquam satis
 laudatus Bellarminus) grauiiter inculsat, ^d & ^d *Lib. 2. cap.*
 nouos Theologos vocat : ^c aitque eos *aper-* ^{II.}
tissime falsa, & aduersus omnem veritatem ^e *Lib. 5. cap.*
pugnantiæ docere, eò quòd dicant Christum, ^{vi.}
 vt hominem, non fuisse Regem tempora-
 lem; nec vllum dominium temporale in ter-
 ris habuisse, nec exercuisse vllam regiam
 potestatem (istis enim assertionibus euer-
 tuntur præcipua deliriorum Bozij funda-
 menta) eum tamen magni illi Theologi ve-
 rissima



Matth. 8.
Luce 9.

rissima, ac proprio Saluatoris testimonio confirmata asserant. *Vulpes, inquit, foveas habent, & volucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Vbi ergo eius regnum? vbi dominium temporale? quis animo concipiat, Regem aliquem aut dominum esse posse, cuius neque regnum ullum, neque rei alicuius dominium in rerum natura sit? Scimus Christum, quæ Dei filius est, Regem gloriæ, Regem Regum, cœli & terræ rerumque omnium dominum esse, vnâ cum Patre & Spiritu Sancto æternum regnantem: at hoc quid ad regnum temporale? quid ad sceptrum fascisque secularis maiestatis? Legi equidem diligenter quæ in hanc rem Bozius edidit; sed nihil solidæ rationis ad sententiæ suæ confirmationem, non alicuius fallaciæ & captionis admistione corruptum, nihil vetustæ & probatæ autoritatis, non adulterinæ interpretationis fuce deprauatum inueni. Fuit olim in eodem errore Henricus Segusianus Cardinalis Hostiensis, cuius noua tunc & inaudita opinio Bonifacium VIII. hominem per se quidem gloriæ avidum, velut nouis ambitionum facibus non multò post supra modum videtur accendisse. Sed bene nunc res

vertunt,

vertunt,
Canonif
que Bozi
quibusda
Et quod
Pontific
qui non fo
litare, iust
bus tanto
spicuum
amus tar
nione, c
borum
iri, vt al
Bozius t
Pontifici
dacia. S
eptias eiu
Tantum
videar, v
testimon
rusde an

P Rin
sta

vertunt, quòd Hostiensis illa opinio (quam Canonistæ postmodum sequuti sunt, quàmque Bozius iam amplectitur) à Theologis quibusdam firmissima ratione damnata sit; Et quòd Ecclesia Dei eum nunc habeat Pontificem Max. nempe Clementem VIII. qui non solum pietate & doctrinâ, sed humilitate, iusticia, charitate, cæterisque virtutibus tanto Pastore dignis, insignem se & conspicuum orbi præbet; vt non sit quòd metumamus tantum Pontificem, tam putida opinione, quæ solis ineptijs, & captiunculis verborum suffulta est, commotum & infectum iri, vt aliquid sibi indebitum arroget. Neq; Bozius tam temerarias assertions tanto Pontifici dedicasset, nisi omnia auderet audacia. Superuacui ocij esset, errores & ineptias eius omnes, minutatim perstringere. Tantùm, ne hominem gratis reprehendisse videar, vnum deliriorum & argutiarum eius testimonium subijciam, vt Lector ex vnguis de animali iudicet.

C A P. II.

P Rincipiò sciendum est duas illas potestates, quibus Mundus in officio continetur,



netur, Ecclesiasticam scilicet, & Politicam, ita iure diuino distinctas & separatas esse, vt (quamuis ambæ à Deo sint^a) vtraque suis terminis conclusa, in alterius fines inuadere suo iure nequeat, neutrique in alteram imperium sit^b, vt pulchrè, & suauiter S. Bernardus docet libro 1. de Consider. ad Eugenium^c; & inter recentiores Theologos Ioan. Driedo.^d Eamque ipsam harum potestatum discretionem Magnus ille Hofius Episcopus Cordubensis, ad Constantium Imp. Arianum scribens, apertissimè ostendit: cuius sententia, in S. Athanasij epistola ad solitariam vitam agentes, in hunc modum relata est: *Tibi Deus imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesie concredidit: & quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuine; ita & tu caue, ne quæ sunt Ecclesie ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo.*^e Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere, neque tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes, Imperator. Hinc est, ex hac inquam potestatum distinctione, quòd Innocentius & Panormitanus cõcludunt, flicos non teneri obedire Papæ in ijs quæ non sunt spiritualia,

^a Rom. 13.

^b Can. duo sunt. can. cum ad verum 96. dist. cap. nouit. de iudic. cap. per venerabil. qui filij sunt legit.

^c Cap. 6.

^d Lib. 2. de liber. Christ. cap. 2.

^e Matth. 22. Mar. 12.

^f In cap. inquisitioni de sent. excom.

Spiritual
mam
de gant
Papæ
dum illuc
vbi dicitur
bedentia
est qui iu
Negat
statum
Ecclesiæ
ie cta e
mar.
ciffimi
mi, qui i
rem doc
ratores
tur, tam
Regem
rator iur
nomen
dem med
sus Iesus
distin
provia
efferr
num d

spiritualia, siue quæ non concernunt animam, ut loquuntur: nisi fortè in illis terris degant quæ subsunt temporali iurisdictioni Papæ. Atque ita restringi debet iusiurandum illud professionis fidei in Bulla Pij IIII. ubi dicitur: *Romano Pontifici, &c. veram obedientiam spondeo, ac iuro.* quando laicus est qui iurat.

Negat tamen Bozius hanc istarum potestatum distinctionem & temporalem sub Ecclesiastica contineri, eique directò subiectà esse, oppidò quàm imprudenter, affirmat. Sed animaduertebat se perspicua sanctissimi Pontificis Nicolai I. confessione premi, qui in Epistola ad Michaelem Imperatorem docet, quod licet olim *Pagani Imperatores, ijdem & maximi Pontifices dicerentur*, tamen cum ad verum ventum est eundem Regem atque Pontificem, ultra sibi nec Imperator iuxta Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit: quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, sic actibus proprijs, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusq; discreuit, propria valens medicinali humilitate sursum efferrè, non humana superbia rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores

& Dist. can.
cum ad verum
rum 96. dist.

pro



pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices, pro cursu temporalium tantummodo rerum, imperialibus legibus uterentur, &c.

Cùm igitur hoc summi Pontificis testimonio utramq; potestatem suis proprijs actibus, dignitatibus, & officijs, ita seiunctam & separatam ab altera cerneret, ut neque potestas temporalis iura spiritualis potestatis, neq; hæc illius, usurpare sine iniuria possit: ut inde homo ingeniosus se extricaret ad inauditæ interpretationis diuerticulum confugit: in quo se ridiculum, nec tam in inveniendi artificiosum, quàm in efferendo temerarium ostendit. *Aduertendum verò,*

^h *Lib. I. cap. II.* inquit, in his Nicolai dicitur. Primò non asserere ipsum laicalem potestatem distungi à spirituali, ut eam non habeat ecclesiasticus, sed ut secularis non habeat ecclesiasticam: propterea inquit discretas esse has potestates, non omnino, quasi alteri altera non subordinetur ac sit subiecta, sed discretas esse ait officijs, actibus, dignitate: simulq; cùm dixisset, nec Imperator iura Pontificatus arripuit, non vicissim dixit, Pontifex, non arripuit iura Imperatoris. Non ait iura, ut Navarra in cap. nouit. perperam, neque, uti credo, aduertens retulit, sed ait *Nomen.*

Quid

Quid
quem pu
laus non F
deridere I
nim? Nun
de nomine
Papam & I
Pontifex, v
mutatione
potius ut si
ret, illam
leges rebu
stola velu
Quod ergo
Imperator
xisset, ius, si
quod aduen
riter & Theo
bus sæculis i
& iura, pro
runt; quæ ta
re, vel inscie
perperam d
es, verba ea
sem.
Sed & har
quod Papa

Quid facias tam futili aucupe verborum? quem putares studuisse vt Pontifex Nicolaus non Pastor sed impostor, nec docere sed deridere Imperatorem videatur. Quid enim? Nunquid de verbis ac non de rebus, de nomine ac non de iure & potestate, inter Papam & Imperatorem sermo? aut nunquid Pontifex, vt obscura verbi ambiguitate, vel mutatione, Imperatorem caperet, ac non potius vt simplice veritatis oratione instrueret, illam epistolam conscripsit? Scitum est ^{L. 2. C. som. de legat.} leges rebus non verbis imponi: & hæc epistola veluti Ecclesiastica quædam lex est. Quod ergo ait Nicolaus, *nec Pontifex nomen Imperatorium usurpauit*, perinde est ac si dixisset, *ius, siue iura, Imperatoris non usurpauit*: quod aduertens doctissimus Canonista pariter & Theologus Nauarrus, alijque omnibus sæculis in scientijs illis exercitati, *nomen & iura*, pro eodem in illa epistola acceperunt; quæ tamen ab isto verborum captatore, vel inscienter, vel malitiosè, aliò & aliò perperam detorta sunt. *Scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.* ^k

Sed & hanc Bozij interpretationem refellit, ^{l. Scire leges. D. de legib.} quòd Papa istis verbis, *Vt Pagani Imperatores ijdem*



ijdem & Maximi Pontifices dicerentur (id est, *nominarentur*) non de inani & solo nomine intellexerit, quasi Imperatores vocarentur tantum Pontifices, sed de iure & officio; quòd iura atque officia omnia scilicet, & dignitates vtrique potestati conuenientes vnà cum nominibus occuparent: quod cum sit verissimum, nec id Bozius negare audeat; consequens profectò est, aut nullam illic antidiaftolen, nec perfectam inter horum & illorum temporum Pontifices & Imperatores, differentiam constitui à Nicolao, aut per *nomen Imperatorium*, intelligere eum iura omnia Imperialia: vt quemadmodum post Christum agnitum & receptum Imperatores non amplius iura pontificatus, ita nec Pontifices, iura Imperatoria sibi arripuerint. Denique si Papa se nomen tantummodo Imperatorium repudiare, ius verò & potestatem retinere illo in loco significasset: an non meritò Imperator reponeret, se non tam de nomine quàm de iure esse sollicitum? quòd sibi nomen, si alius ius ac potestatem habeat? Dixisset certè, nec tam grauem tulisset iniuriam, si tale quid ex verbis Nicolai Pontificis posse colligi credidisset.

At non dixit has potestates esse *omnino* separatas,

in P
separatas, inc
inde, ne Pon
male feratis
di an fam prat
interpretare
onem sollet:
nempe has pot
eius, & dignita
felle ostedere
nec alteram
uis amba in
currere. Id
lis & Ponti
temporalium
rerum actus,
iura sibi pote
dignitatibus
coniunctæ su
Bozius, ecqua
rit, in eo que
subiecta sit: id
que si verum
restates illas
ficis, sed tan
ita hanc Ni
sam esse. N
quod est in

separatas, inquit Bozius. Fateor, & id pro-
 uide, ne Pontificijs adulatoribus, aut alijs
 malè feriatis hominibus facilem calunnian-
 di ansam præberet: id enim verbum Bozius
 interpretaretur, *omnino, quantum ad executi-
 onem scilicet*: plus igitur & explicatiùs dixit,
 nempe has potestates proprijs actibus, offi-
 cijs, & dignitatibus esse discretas, vt mani-
 festè ostèderet nullomodo esse coniunctas,
 nec alteram alteri esse subiectam, quam-
 uis ambæ in eadem persona possint con-
 currere. Idem enim & Princeps tempora-
 lis & Pontifex esse potest: sed nec vt Papa
 temporalium, nec vt Princeps spiritualium
 rerum actus, officia, dignitates, cæteraque
 iura sibi poterit vindicare. Si ergo neque
 dignitatibus, neque officijs, neque actibus
 coniunctæ sunt hæ potestates, dicat nobis
 Bozius, ecqua in re sunt coniunctæ? Si dix-
 rit, in eo quod *altera alteri subordinetur &
 subiecta sit*: id ipsum est quod negamus, quod-
 que si verum esset, sequeretur necessariò po-
 testates illas, neque dignitatibus, neque of-
 ficijs, sed tantum actibus esse discretas; atq;
 ita hanc Nicolai Pontificis sententiam fal-
 sam esse. Nam dignitas, itemque officium,
 quod est in subordinato non potest non esse
 in



in subordinante, cum ab eo in subordinatum deriuetur; inde est vt Princeps se violatum putet, dum eius ministri in exequendis officijs impediuntur; & Papa se ac sedem Apostolicam contemni, ex spreta Legati à se missi autoritate arbitratur. At verò res omnes & personæ præsumuntur esse liberæ & non subiectæ, nisi contrarium probetur. Quæ cum ita sint, ridiculum planè est, & Boziani cerebri commentum, quod ait, ex superioribus Nicolai Papæ dictis apparere eum *non asserere laicalem potestatem disjungi à spirituali, vt eam non habeat ecclesiasticam, sed vt secularis non habeat ecclesiasticam.* Vnde enim poterit apparere? cum ne verbum quidem in illa epistola extet, ex quo id probabili aliqua ratione colligi possit. Atque hæcenus de isto Boziji errore satis. Equidem non arbitror quemquam vsque adeo insanire, vt non potiùs Hosio quam Bozio fidem in huius rei definitione, in harum inquam potestatum distinctione adhibeat.

C A P. III.

A Dnecterem hinc alia Boziani erroris exempla, ni scirem opinionem illam quam

in
quam sopi
animare,
videri & co
uulsam, vt
eà caprum
neg; Bozium
quantum lib
trum ter an
tum aliquo
illa quam f
dictio &
totius Or
Sed in
temporal
& eorum
mum, ne d
sto passo re
mus Bellar
one, hoc va
cinctè viti
pa scilicet
bis) deberet
re. Aposto
nihil habem
calorum;
mentio, vt
sarij prof

quam sopitam & pene extinctam conatur animare, usque adeo iam absurdam eruditis videri & tot perspicuis rationibus esse conuulsam, ut iam non sit metuendum, multos eam captum iri. Nam in primis certum est, neque Bozium, neque eius astipulatores omnes, quantumlibet sacras literas & scripta Patrum terant & torqueant, unquam inde certum aliquod testimonium prolaturus, quod illa quam somniant, temporalis Papae iurisdictionis & potestas, in Principes & populos totius Orbis, liquido confirmetur.

Sed nec vllum vestigium talis potestatis temporalis per manus traditae ab Apostolis, & eorum successoribus, in septingentesimum, ne dicam millesimum annum a Christo passo reperitur. Quae de causa doctissimus Bellarminus in istius opinionis refutatione, hoc validissimo argumento scite & succincte utitur. ¹ *Si res ita se haberet* (quod Papa scilicet sit Dominus temporalis totius Orbis) *deberet id constare ex Scripturis, aut certe ex Apostolorum traditione. Ex Scripturis nihil habemus nisi datas Pontifici claves regni caelorum: de clauibus regni terrarum nulla mentio. traditione Apostolorum nullam aduersarij proferunt.* Quae res, simulque ingens

¹ *Lib. 5. de Rom. Pont. cap. 3.*



Theologos inter & Canonistas, & utrorumque inter se, de hac re dissensio, dum hi directâ, illi indirectam potestatem astringunt, facit ut quæstio hæc de temporali potestate Papæ, dubia & incerta, ac tota in hominum opinione posita videatur: ac proinde solutionis eius veritatem lumine rationis, & differendi subtilitate esse peruestigandam: nec esse de fide, ut loquuntur, de ea hoc aut illo modo sentire. quæ enim fidei sunt, ea ab omnibus & vno modo tenenda sunt.

Ad me autem quod attinet, quanquam ore animoque profiteor, summum Pontificem Urbis Romæ Antistitem (utpote vicarium Christi, & legitimum D. Petri successorem, atque adeo vniuersalem & supremum Ecclesiæ Pastorem) spirituali potestate super omnes Reges & Monarchas Christianos præditum esse, inquit eos imperium habere & exercere posse, quod in omnes animas Petro Apostolo datum fuisse Scriptura testatur, ligandi scilicet & soluendi; Non tamen propterea adducor, ut æquè credam eum Reges & Principes seculares in sua potestate temporali continere, aut illis in Deum vel homines delinquentibus, vel suo alioqui munere abutentibus, imperium abrogare, scetraque

traque a
posse: a
homines
conditio
gitimis n
id afferen
sed a nul
ctenus ar
gante gr
afferi po
sedem A
tere, ce
di poss
inclinat
propend
veniamu
Papam
Principes
vel ex ec
quam fit
& deterio
ceptos, q
dine: vel
testatem
quamoli
quemlib
lium. A

traque auferre & alijs conferre, vlllo modo posse: aut denique ius aliquod temporale in homines laicos, cuiuscunque sint ordinis vel conditionis, obtinere; nisi id civilibus & legitimis modis adquisierit. Quod opinionem id asserentem à multis quidem tentatam, sed à nullo satis firma ratione probatam habentenus animaduertim: & pro sententia negante grauiores multo & certiores rationes afferri posse videantur. Equidem pro meo in sedem Apostolicā studio, id ei iuris competere, certis & indubitatis argumentis ostendi posse vehementer cuperem, eò paratus inclinare, quo ratio potior & autoritas propendent. Sed propius ad disputationem veniamus.

Papam temporali potestate in Reges & Principes dominari, perspicuè falsum esse; vel ex eò constat, quod absurdum & iniquum sit dicere Principes Ethnicos duriore & deteriore conditione ab Ecclesia esse receptos, quam singulos quosque de multitudine: vel Papam habere maiorem nunc potestatem in Principes politicos Christianos, quàm olim D. Petrus & cæteri Apostoli in quemlibet priuatum hominem Ecclesiæ filium. At hi nullum ius & potestatem temporalem



poralem habuerunt tunc temporis in Christianos laicos : ergo nec Papa in Principes seculares potestatem vllam temporalem nunc habet. Assumptio inde probatur, quod certo certius sit ecclesiasticam potestatem fuisse omnino separatam à politica, tempore Apostolorum (Bozij ineptias nunc non moror) & hanc totam penès Ethnicos Principes extra Ecclesiam fuisse : adeo vt ipsi Apostoli in potestate temporali Ethnicorum fuerint, idq; & Albertus Pigghius, ^m & Robertus Bellarminus, ⁿ alijque Theologi insignes ingenuè fatentur. Christus enim venit, *non soluere legem, sed adimplere*; nec naturæ & gentium iura tollere, aut ququam temporali rerum suarum dominio excludere : itaque sicut ante eum Reges politica potestate subditis præerant, ita etiam posteaquam aduenit, & à nobis deinde in cœlos recessit, eam ipsam potestatem Apostolorum doctrinâ confirmatam, nullaque ex parte delibatam retinuerunt. Si itaq; Petrus cæterique Apostoli, antequam Christum sequerentur, temporali Principum Ethnicorum ditioni & iurisdictioni subijciebantur (quod negari non potest) nec Dominus vllibi disertè & nominatim ipsos ab illa naturalis

^m Lib. 5. ca.
7. Hierar.
Eccles.

ⁿ Lib. 2. de
Rom. Pont.
cap. 29.

in
ralis & gen
consequit
dem iugo
nihil prædi
uangelij po
sent verbo
lisset quæsc
um semina
li & pauper
potestatis
ruissent,
parendi?
fuisent n
& populor
ac inutile
um instar F
ipsorum do
id illis expre
Scribis & Pl
cisse, aliue
Christianis
de qua loqu
hibendam
Cæsarem a
omnes sibi
Ethnicor
propter cor

ralis & gentium iuris obligatione liberauit: consequitur necessariò mansisse eos sub eodem iugo etiam post Apostolatam, cum id nihil prædicationem & propagationem Euangelij potuerit impedire. Nam etsi fuissent verbo Saluatoris liberati, quid contulisset quæso eorum exemptio ad Euangelium seminandum? aut quid amplius pauci illi & pauperes homines, vinculo temporalis potestatis in conscientia soluti, efficere potuissent, quàm relictæ in pristina conditione parendi? Siquidẽ ius illud libertatis, si quod fuissent nacti, illiberali & iniusto Principum & populorum infidelium factò impeditum, ac inutile fuisset. Sed & eos aliorum ciuium instar Principibus subditos extitisse, ex ipsorum doctrina & factis apparet. quippe id illis exprobari non potest, quod Christus Scribis & Pharisæis improperat, aliud eos fecisse, aliud docuisse. Docuerunt autem Christianis subiectionem & obedientiam, de qua loquimur, Regibus & Principibus exhibendam. Qua de causa Paulus ipse ad ^{o. Ad Rom.} Cæsarem appellauit, & iussit Christianos ^{33.} omnes subiectos esse temporali potestati Ethnicorum, *non solũ propter iram, sed etiam* ^{1. Petr. 2.} *propter conscientiam.* Nam quod quidam di-



cunt D. Paulum non de temporali potestate secularium Principum illic loqui, sed de potestate in genere, vt quisque suo superiori obediat, laicus laico, ecclesiasticus ecclesiastico, mera cauillatio est, & responsum viris doctis ac Theologis indignum. Nulla siquidem tunc temporis alia quàm politica & temporalis potestas vulgò ab hominibus agnoscebatur; & Apostolus diuino spiritu afflatus ita suas epistolas conscripsit, vt non solum conuersos ad fidem erudiret, sui que officij commoneret, ne existimarent se ita Christi sanguine redemptos, vt nulli amplius potestati seculari obedire tenerentur, (quod quorundam animis, Christiani nominis dignitate & libertate fretis, perperam infederat) sed etiã vt Ethnicis & infidelibus ostenderet, legem Christianam nulli ius suum auferre, nec esse vilo modo temporali Regum & Imperatorum authoritati & potestati contrariam. De sola igitur temporali potestate intelligi debere eo loco Apostolum apparet, quod tunc temporis alia nulla vt dictum est, agnosceretur. Et eo quidem sensu antiqui Patres Apostolum ibi semper interpretati sunt, vnde D. Augustinus in eius loci expositione, fatetur seipsum, & per consequens

in
sequens in
clesia, tem
ius verba, c
tioni locum
ergo ille. P
testibus su
nim potestas
quis ex eo qu
ctus est, fa
perbiam, &
re seruand
bus sublim
temporalis
non se esse
ex anima &
porali sumus
solum dege
ex ea parte q
tos esse potest
manas cum
Ex illa vero p
nam eius voc
in cuiquam
cupienti, qu
dignatus est
stratus est
aut tribut

sequens in sua persona Prælatos omnes Ecclesie, temporalis potestati subditos esse; cuius verba, quoniam magnam huic disputationi lucem adferunt, integra ascribam. Sic ergo ille. ^P Quod autem ait, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo: rectissime admonet ne quis ex eo quod à Domino suo in libertatem vocatus est, factus Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur in huius vita itinere seruandum esse ordinem suum, ut potestatibus sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non se esse subdendum. Cum enim constemus ex anima & corpore, quamdiu in hac vita temporalis sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degēda huius vite utamur, oportet nos ex ea parte que ad hanc vitam pertinet subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa verò parte qua credimus Deo, & in regnum eius vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini, id ipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus ad vitam aternam donare dignatus est. Si quis ergo putat, quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum hono-

^P In lib. expositionis
quarundam
propos. ex e-
pist. ad Rom.



rem debitum eis qui hæc curant potestatibus, in magno errore versatur. Item si quis putat se esse subdendum, ut etiam in sua fide habere potestatem arbitretur eum qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præcellit, in maiorem errorem labitur. Sed modus iste seruandus est, quem Dominus ipse præscribit, ut reddamus Cæsari que Cæsaris sunt, & Deo, que Dei sunt.

Multa hîc paucis complectitur Augustinus, quæ varias assertiones nostras sparsim hoc libro positas fulciunt. Nam & primùm docet, quod iam diximus, Christianæ religionis professionem non eximere quenquam à temporalis potestatis subiectione: ex quo duo necessario sequuntur, quorum alterum est, Apostolos cæterosq; Christianos omnes temporali Ethnicorum Principum & Magistratum potestati fuisse subiectos, ac proinde neq; D. Petrum neq; alium vllum Apostolum aliqua temporali potestate in Christianos præditum fuisse, quòd ea tota penes Ethnicos esset, ut hoc capite ostēdimus. Alterū verò, non licuisse primis illis Christianis ab Ethnicorum Principum imperio deficere, & alios sibi Principes & Reges constituere, etiam si vires illis ad id perficiendum superpetissent,

in
petissent, v
non erant li
ralis cui ant
ijciebantur.
dissertatione
locum illum
te tantum, t
cum genera
tur, eoq; sex
cludit, nen
indicat, C
potestati
illutrem
officio sub
Regem, si
modo deb
est reddere
mus hoc lib
hoc positum
supra, non
scriptum et
illam de ob
lem quoq; p
similindin
unt, restit
Si ergo
habueru

petissent, vt falso putat Bellarminus. [¶] quia non erant liberati à iugo potestatis temporalis cui ante susceptam Christi fidem subiiciebantur. quod etiam infra cap. 21. proluxa differtatione ostendemus. Deinde intelligit locum illum Apostoli de temporali potestate tantum, sicut & nos hoc capite. Tertio cum generaliter de illa subiectione loquatur, eoque sermone vtatur in quo seipsum includit, neminem verò excipit, satis aperte indicat, Clericos iuxta ac Laicos temporali potestati in hac vita subditos esse. Postremo illustrem nobis doctrinam tradit, de duplici officio subditorum, erga Deum scilicet, & Regem, siue potestatem temporalem, quo modo debeant vtrique seruire, & quod suum est reddere; quam nos doctrinam secuti sumus hoc libro, & in libris de Regno. Sit ergo hoc positum, locum illum D. Pauli, de quo supra, non nisi de potestate temporali ab eo scriptum esse. Fatemur tamen sententiam illam de obedientia præstanda, ad spiritualem quoque potestatem, propter omnimodam similitudinem, & *identitatem rationis*, vt aiunt, rectissime accommodari posse ^r.

Si ergo nullam temporalem potestatem habuerunt tunc Apostoli in priuatos homines

[¶] Lib. 5. de
Rom. Ponti-
fice, cap. 7.

^r L. illud. B.
ad leg. A-
quil.



nes regeneratos, & filios Ecclesiæ factos, qui fieri potest ut successores Apostolorum eam potestatem in Principes ad Ecclesiam venientes nacti sint? quandoquidem ex parte successorum repugnat, eos plus iuris habere in filios spirituales virtute potestatis Ecclesiasticæ, quàm habuerunt ipsi Apostoli quibus succedunt. Ex parte verò Principum quid indignius & iniquius dici potest, quàm eos fidem Christi profitentes, duriore iugo pressum iri quam singulos de multitudine? At priuati homines quando in spiritualem Ecclesiæ ditionem concedebant, nihil patrimonij aut iuris temporalis amittebant, exceptis rebus illis quas sponte obtulerant, & in communem vsum contulerant, ut ex actis Apostolorum patet, ^r vbi Ananias morte mendacium luit, increpitus, à D. Petro his verbis: *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* Similiter ergo & Principes vbi Christo nomen dabant, ius omne suum temporale (imperium dico & potestatem politicam) integrum & intactum retinebant. Nec iuuat aduersariorum causam, dicere Apostolos ideo non habuisse temporalem potestatem in sui seculi Principes, quia nondum facti erant Christiani:

5 Cap. 5.

in
Christian
mibi de
verò nun
eti sunt C
supremus
omnium
nature ac
us patri, r
quam ad
cum ei
Nam ill
cipes fa
& separ
vt altera
admodum
Magistra
alij dare
doptiui
cum tam
fasces con
magistra
transfera
nes omni
mum se
quam p
imperij
iudictio

Christiani : secundum illud , ¹ *Quid enim* ² *1. Cor. 5.*
mibi de ijs qui foris sunt iudicare ? Papam
 verò nunc illam potestatem habere , quia fa-
 cti sunt Christiani & filij Ecclesiæ , cuius ipse
 supremus Princeps & caput in terris est atq;
 omnium Christianorum pater : & rectam
 naturæ ac rationis ordinem postulare , vt fili-
 us patri , non pater filio subijciatur . Hæc in-
 quam adeo nihili ratio est , vt mirum sit lo-
 cum ei aliquem a viris Doctis datum esse .
 Nam illa subiectio spiritualis per quam Prin-
 cipes facti sunt filij Papæ , penitus distincta
 & separata est a subiectione temporali , ita
 vt altera alteram non sequatur . Sed quem-
 admodum Præses vel Consul , interea dum
 Magistratum gerit , potest se in adoptionem
 alij dare , ³ atque ita in familiam patris a-
 doptiui & patriam potestatem transire : ⁴ *L. 3. D. de*
^{adops.}
 cum tamen per illum actum legitimum nec
 fasces consulares , nec aliud quicquam iure
 magistratus sibi competens in adoptantem
 transferat : ita Reges & Principes , atq; om-
 nes omnino homines , cum in Ecclesiæ gre-
 mium se conferunt , & summo Pontifici tan-
 quam patri in adoptionem dant , insignia
 imperij , & quicquid vsquam temporalis iu-
 risdictionis aut patrimonij habent , eodem
 planè



planè iure quo antè, libera, integra, atque intacta sibi retinent. atq; ita Pontifex nihil amplius temporalis potestatis per illam adoptionem spiritualem acquirit, quàm ante adoptionem habuerat. quod pluribus infra demonstrabitur x.

Cap. 14.

Huc accedit, quòd florente plurimùm republica Christiana, tum multitudine credentium, tum sanctimonia Pontificum, tum eruditione & exemplis Doctorum, atque à malis interim Principibus, etiam filijs Ecclesiæ per regenerationem factis, vexata, atque iactata, nulla de hoc principatu & iurisdictione temporali Papæ in Principes seculares, non dicam expressa & manifesta declaratio, sed ne leuissima quidem mentio inter Ecclesiasticos facta sit: quæ tamen si in Petri personam a Domino fuisset collata, aut eius successoribus aliquo modo competisset, licet eam re vera, siue de facto vt loquuntur non exercuissent, haudquaquam à tot tantisque viris sanctis & sapientibus, ac præ Dei & Ecclesiæ causa nihil non contemnentibus, fuisset tam alto silentio & tam diu prætermissa. Quid inquam minus credibile quàm omnes illorum temporum Pontifices, zelo & studio Ecclesiæ gubernandæ

in
 pandæ flag
 partem, si
 qua eorum
 fidei proteg
 negligere v
 res heretica
 quaquam vt
 exiit, qui
 periorum in
 verbo vnqu
 quisq; doct
 ita Imper
 subditum
 B. Gregor
 qui in quac
 Ego autem
 inquit. & pa
 per omnes ha
 ti celitus dat
 ratorem sim
 ret cum qua
 accepit) Et
 rektur In
 datam sup
 inquit, homo
 est. Vtrum
 homo pri

mandæ flagrantes, hanc sui officij pastoralis partem, si modò partem esse censuissent, (in qua eorum successores quidam, maximum fidei protegendæ præsidium collocarunt) ita negligere voluisse, vt eâ aduersus Imperatores hereticos, tot tantisq; occasionibus nequaquam vterentur. Nemo tamen inter eos exiit, qui se Imperatoribus iure Diuino superiorem in temporalibus, vel scripto vel verbo vnquam significauerit: quin potius, vt quisq; doctrinâ & sanctitate magis excelluit, ita Imperatorem submissius obseruans, eius subditum & seruum se esse professus est. B. Gregorius Magnus multorum instar sit, qui in quadam ad Mauricium Imp. epistola. *Ego autem indignus pietatis vestræ famulus,* inquit. & paulò post, *ad hoc enim potestas super omnes homines dominorum meorum pietati calitus data est.* (dominorum dixit, vt Imperatorem simul & Augustam comprehendere cum qua Mauricius Imperium in dotem accepit) En vt sanctissimus hic Pontifex testatur Imperatori potestatem cælitus datam super ipsum Papam. *super omnes,* inquit, *homines:* super Papam ergo si homo est. Vtrum autem vt Episcopus & Papa, an vt homo priuatus id scripserit, ad mentem sensumq;

7 Lib. 2. e-
pist. 61. in-
dict. 11.

sumq; authoris non interest. cum idem utro-
uis casu & sensisse eum & scripsisse creden-
dum sit. ad institutum nostrum satis est, scire
qualiter seculi illius Pontifices erga Impera-
torem se gesserint. Non enim vereor ne vir
doctus aliquis dicat, Gregorium in illa epi-
stola, per humilitatem, ita Imperatorem ex-
altasse, & subiectione non debita se ei sub-
misisse. quod si sciolus fortè aliquis objiciat,
ei responsum volo, grauem tam sancto Pon-
tifici ab eo iniuriam inferri, quod dicat illum
humilitatis causa mentiri, & mentiri magno
cum Ecclesiæ & dignitatis Pontificalis præ-
iudicio, ut non iam officiosum sed pernicio-
sum mendacium fuerit. audiat S. Augusti-
num. ² *Cum humilitatis causa mentiris, si non*
eras peccator antequam mentireris, mentien-
do efficeris quod euitaueras. Gregorium au-
tem non fictè & officiosè, sed ex animo locu-
tum esse, testantur quæ sub finem illius epi-
stolæ expressius de sua subiectione & obedi-
entia erga Imperatorem necessariâ scribit.
Tulerat Mauricius legem, quam Gregorius,
licet iniquam, & Ecclesiasticæ libertati non-
nihil aduersantem, accepto Imperiali de ea
publicanda mandato, ad varias regiones
promulgandam transmisit. Ita igitur episto-
lam

² Serm. 29.
de verb. A-
postoli, tom.
10.

in
lam illam
iectus, ear
partes tran
potenti De
stionis mea
ciaui Viro
Imperatori
quod sensi
O diuina
lis non fec
incolcâd
illa & hu
lauit & cu
fastuosa a
tio. Nos r
Supremam
nosa terra
ones, non h
traditum p
iubemus, p
inania vel
Principes
ne Christ
neg spirit
larmus
missima
Hæc ig

lam illam concludit. *Ego quidem iustioni subiectus, eandem legem per diuersas terrarum partes transmitti feci: & quia lex ipsa Omnipotenti Deo minime concordat, ecce per suggestionis meae paginam serenissimis dominis nunciaui Vtrobique, ergo quæ debui exolui, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod sensi minime tacui.*

O diuinum Antistitem, & sententiam nullis non sequentium seculorum Pontificibus inculcandam. Sed pro Numen! quod benigna illa & humilis confessio a nostris sæculis exulauit? cui paulatim succreuit hæc minax & fastuosa aduersus Reges, & Imperatores oratio. *Nos in supremo iustitiæ throno collocati, supremam in omnes Reges & Principes vniuersa terra, cunctosque populos, gentes, & nationes, non humana sed diuina institutione, nobis traditam potestatem obtinentes. declaramus, iubemus, precipimus.* ^a &c. quæ verba falsa & inania vel ex eo esse patet, quod Papa in Principes & populos infideles, qui multitudine Christianos superant, neque temporalem neque spirituales potestatem habeat. vt Bel-laminus in libris de Romano Pontifice firmissima ratione ostendit. ^b

Hæc igitur & his similia, quem non in tan-

^a Ex Bulla Pij v. aduers. Regin. Angl. & Sixti v. contra Regem Francie.

^b Lib. 5. cap. 2.



tæ mutationis status & imperij Pontificalis admirationem trahant? aut cui non iustam inquirendi causam offerant, cur priores Pontifices florentissimo Ecclesiæ seculo, se Principum famulos, seruos, & subditos agnouerint, eorumq; imperio in temporalibus obsequuti sint, cum illis nihilominus in spiritualibus præessent: posteriores autem, se Regum, Principum, gentium, & nationum omnium Dominos profiteantur. Multis certè ea res, eruditis & Catholicis hominibus, non mediocrem de huius mutationis iure dubitandi causam præbet, imò verò credendi tam ingens & absolutum imperium temporale, in personis Pontificum, non ab Omnipotente Deo, sed ab impotente hominum quorundam cupiditate originem habuisse: nec à Christo Domino in Petrum initio diuinitus collatum, sed ab aliquot Petri Successoribus, post multas ætates, humano more fuisse usurpatum. nempe Pontifices quosdam auctis in immensum opibus, cæcæ ambitioni atque odio indulgentes, sensim eam sibi potestatem vindicasse, qua sibi licere quicquid est vsipiam regnorum & principatum adimere dareq; contenderent. Homines sanè erant, & vt cæteri mortales, interdum

in
dum app
solo odio
cretalem
scandala
Bonificio
Auxi ver
sera palpo
eptis affe
ziana Del
iure diu
minus n
Pontifu
adeo et
studio i
bus Gag
tam late p
(vt ille vo
inquit, ho
vt parui h
rientur, i
atate ven
suos nepos
nerit. Et
An nos
tio quam
tur aut
ratorib

dum appetentiores vanitatis : qualis ille qui solo odio Philippi pulchri Regis Franciæ decretalem constitutionem edidit, ^c. quæ tot scandala, tot pericula peperit, vt statim à Bonifacio successore meruerit abrogari. ^d Cap. Clerici de immunit. eccl. in 6. d Clement. de immunit. eccl. vbi gloss. id no. tat.

Auxit verò in illis, & aluit id vitij mira & misera palponum quorundam adulatio, qui inceptis assertionibus, cuiusmodi nunc sunt Boziana Deliria, Papæ omnia licere, omniaq; iure diuino subiecta esse affirmabant. quo minus mirari oportet, nonnullos ipsorum, Pontificalis & Apostolicæ modestiæ vsque adeo esse oblitos, vt potentiæ amplificandæ studio in fines alienos incurrerint. De quibus Gaguinus vir Doctus & religiosus, *Hanc tam late patentem & usurpatam auctoritatem* (vt ille vocat) obiter taxans ^e. *Itaque ea est, inquit, hodie illorum sublimitas & amplitudo, vt parui habitis Regibus, licere illis omnia gloriantur. Neque quisquam ad Pontificatum meatate venit, qui, dignitate adepta, non statim suos nepotes magnis opibus & principatu donauerit. Et ante Gaguinum diu S. Bernardus.* ^f. *An non limina Apostolorum iam plus ambitio quam deuotio terit? Hinc Platina & Moritur autem hoc modo Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibus, ^g populis,*

^c Lib. 10.
hist. Franc.
in vita Ca-
roli VII.

^f Lib. 3. dñ
consider. ad
Eugen.
^g In vita Bo-
nifacii VIII.

populis, terrorem potius quam religionem in-
 jicere conabatur: quiq; dare regna & auferre,
 pellere homines ac reducere, pro arbitrio animi

^h Lib. 7. hist. in vita Phil. Pulchri. conabatur. Atq; idem Gaguinus alibi: ^h Ta-
 lem vite exitum habuit contemptor omnium
 hominum Bonifacius, qui Christi preceptorum
 minimè recordatus, adimere & conferre regna
 pro suo arbitrio conabatur, cum non ignoraret
 eius se loco versari in terris, cuius regnum non
 de hoc mundo & terrenis rebus, sed de cæle-
 stibus esset: quiq; dolo & malis artibus episco-
 patum Romanum sibi quesierat, & Cælesti-
 num (sanctissimum virum) à quo dignitatem
 receperat, in carcere dum vixit habuerat.

C A P. IV.

DVas autem res potissimum inuenio,
 quæ ansam Pontificibus tantam po-
 testatem arrogandi videntur præbuisse.
 Harum vna est, ingens ille honos, qui, vt par-
 erat, Principibus & populis Christianis sum-
 mo animarum pastori deferrebat, & deferri
 adhuc debet: atque etiam præiudicata
 sanctitatis opinio de sede illa beatorum A-
 postolorum Petri & Pauli, quæ inter omnes
 in omni dignitate & autoritate spiritali v-

na emine
 tatibus p
 de causis
 crederen
 eni iuris q
 fas esse Cl
 do detrect
 renerentia
 Pontifices
 niam proc
 Reges tr
 fuisse de
 cessit præ
 iudicium
 buti, Papa
 se credeb
 nonistarum
 ritatis igno
 Pape, a quo
 fusi, quicq
 est, in eius
 blandimen
 te sua ad gl
 bitionum fa
 quot quot
 pari cum
 lia præsu

na eminent: eoque maximis copijs & facultatibus præ cæteris aucta est & ornata. His de causis facile omnes adducebantur; ut crederent nec Papam pro sua sanctitate alieni iuris quicquam sibi velle assumere: nec fas esse Christiano iussa Pontificia vlllo modo detrectare. Inde factum, ut huius tantæ reuerentiæ & benevolentiaë fiducia, erecti Pontifices nonnulli, quibus animus ad gloriam procliuior, istam ad se potestatem in Reges traherent primis successoribus Petri fuisse decessoribus prorsus ignotam. Eo accessit præoccupatum vulgi & illiteratorum iudicium, qui hac sanctitatis opinione imbuti, Papam nec dicto nec facto errare posse credebant: atq; etiam Clericorum & Canonistarum quorundam scriptio, qui, seu veritatis ignoracione lapsi, seu in Principis sui Pape, a quo vno pendebant adulationem effusi, quicquid toto orbe terrarum potestatis est, in eius solius personam contulerunt: illis blandimentis atq; illecebris Pontifices sponte sua ad gloriam currentes, velut nouis ambitionum facibus, accensi sunt. Omnes enim quotquot sedem illam legitime tenuerunt, pari cum Petro authoritate regimini Ecclesiæ præfuerunt, sed non omnes Petri zelo ac-



cenſi, paribus eam ſtudijs gubernarunt. Proh dolor, & nonnullos conſtat per vim & ſcelus in locum illum irrepſiſſe, alios irrupiſſe, & ſanctiſſimam cathedram moribus inquinatiſſimis ſœdaviſſe: alios verò, quanquam legitime ad eius ſaſtigium dignitatis euectos, ambitioſa dominandi libidine exarſiſſe, & magna Regum ac Principum ſecularium æmulatione, ſines imperij ſui, quod initio merè fuit ſpirituale, temporalis poſteſtatis acceſſione proferre, nullo non artificio eſſe annexos. quod ſtudium licet principio videbatur nonnullis ad ornamentum tantæ dignitatis pertinere qua Chriſti in terris Vicarius, & B. Petri ſucceſſor fungitur, tamen ubi eorum aliqui eò arrogantia deueniunt, vt non ſolum Reges de folio dei cere, ſed regna etiam ampliffima in præmium imo in prædam dare & occupanti concedere, ſibi licere, in animum inducerent: tum certè nemo ſanus ſanam illam animi elationem non magnopere improbauit, & vel lachrymas vel indignationem tenuit. Quis tum non ingemuit vel infrendit cum ſuperbiſſimus ille Pontifex, cuius modo meminimus, potentiffimo Monarchæ Philippo Pulchro regnum abrogare, & Alberto Auſtriæ

Duci

Duci vna
 quam ar
 de cauſa
 nitantem
 quaſi eor
 te Innocen
 habere ſup
 tanquam
 miſiſſet. I
 bonenſem
 eius conti
 ad Roma
 quid aliu
 um opini
 eiusque ex
 ſtiana, Ec
 beneficia ſe
 illam Eccl
 feloniam, v
 ipſa domin
 rum regno
 Alteram
 occupanda
 municatio
 propugnac
 populus v
 onis fulm

Duci vnà cum Imperio conferre oppidò
quàm arroganter præsumpsit. Nec id alia
de causa, quàm quòd Rex Legatū ipsius mi-
nitantem sibi audacius in carcerem misisset:
quasi eo factò Rex Franciæ (quem paulò an-
tè Innocentius III. ingenuè fassus eratⁱ non
habere superiorem in temporalibus) regnum
tanquam Papæ cliens & beneficiarius com-
mississet. Ita enim per Archidiaconum Nar-
bonensem Regi mandat, *regnum Francia ob
eius contumaciam, & violatum ius gentium,
ad Romanam Ecclesiam esse deuolutum.* quod
quid aliud sonat, quàm regnum illud, omni-
um opinione liberrimum & florentissimum,
eiusque exemplo cætera omnia regna Chri-
stiana, Ecclesiæ Romanæ atque adeo Papæ
beneficia seu feuda esse? cùm non aliter ad
illam Ecclesiam propter contumaciam &
feloniam, vt vocant, deuolui possint, quàm si
ipsa dominium directum temporale illo-
rum regnorum obtineat.

Alteram tantæ iurisdictionis temporalis
occupandæ ansam, præbuit gladius excom-
municationis maximum spiritualis imperij
propugnaculum, qui tanto terrori erat, vt
populus minas Pontificias, excommunicati-
onis fulmine, quo iure quaque iniuriâ com-
munitas,

ⁱ Cap. per
venerabile.
qui fil. sunt
legit.



munitas, neque contemnere, neque negligere auderet: aut in concionibus frequenter ea vox personaret, *omnem excommunicationem, etiam iniustam, esse timendam.* & solius Pontificis esse, æstimare iusta sit an iniusta. Etiam illud, *cum excommunicatis nec cibum esse sumendum, nec ulla in re communicandum*

Can. sicut. esse. k
can. excom-
municatos.
ci. 93.

quibus monitionibus & minis conterriti plerumque Principum excommunicatorum subditi, ab obsequio deficiebant: & quod extremum in eiusmodi malis erat, Papa in excōmunicatum à se Principem, Principes alios partim simili anathematis interminatione, partim blandimentis & largitionibus concitabat. Itaque Principes illi, quos ista Pontificum invidia premebat, tot vndique periculis inuoluti, tot casibus expositi sceptri potius submissione iratum Pontificem placare, vexationemque redimere maluerunt, quam omnia intestinis seditiōibus, publicoq; incendio, suâ causâ miscere. Hæc via Pontificibus compendiarie fuit ad metum Regibus & Principibus injiciendum & victoriam pene sine certamine parandam. nonnulli tamen infractis animis aduersus eiusmodi conatus Pontificios restiterunt tanto robore vt inde orta calamitas Papam quàm

quàm Principem magis affixerit. Sed hic Lector monendus est sententiam illam omnium vocibus celebratam, *excommunicatorem omnem esse timendam*, cum hac exceptione intelligi debere, *extra quàm si manifestè constet esse iniustam*. tunc enim nec curanda, nec timenda est, modò absit ab excommunicato contemptus & præsumptio: nec eum enim in quem fertur, sed à quo fertur afficit atque lædit. Cuius generis excommunicatio illa videtur, quæ in subditos profertur, eo quod Regi vel Principi suo excommunicato parent in ijs quæ temporalis sunt iurisdictionis, & Dei mandatis non repugnant: ut infra commodiore loco demonstrabitur¹. ^{1 Cap. 21.} Præterea nec illud vniuersè verbum est; *cum excommunicatis non esse communicandum, aut cibum sumendum*. Neque enim id verum est, ubi periculum impendet, ne ex eiusmodi separatione magnum in Ecclesia malum oriatur, ut solet Principe excommunicato, si subditi eius communionem abstineant: nam vix ullus Principum tam perditus est, qui non inueniat amicos & clientes, quorum operâ & armatâ manu causam suam quamlibet iniustam, magno cum Ecclesiæ ac reipublico intertrimento, tueatur: cuius rei, & pa-



trum memoriâ & nostra ætate, exempla lu-
tuosa in Christianis gentibus extiterunt, v-
bi inquam tale quid timetur, corporum se-
paratio non est necessaria, *sed sufficit à tali-
bus corde seiungi, vita moribusque distingui,*
propter compensationem custodiendæ pacis &
unitatis, propter salutem infirmorum, ut præ-
clare docet S. Augustinus. ^m ex quo sequi vi-
detur Papam inconsideratè facere qui sub-
ditis communionem Principum interdicit,
quoties inde secessio & turba non mediocris
Ecclesiæ vel reipublicæ impendet, imò nec
teneri subditos in eiusmodi casu, Papæ sepa-
rationem corporum imperanti obedire. Sed
ea de re vberius suo loco.

^m Lib. 3. con-
tra Epist.
Parm. cap. 2

Ex his & similibus apparet, quod dixi,
Pontifices postremis Ecclesiæ seculis tem-
poralem istam in Principes potestatem sen-
sim sibi usurpasse, quam nemo omnium de-
cessorum neque primis neque medijs tem-
poribus vnquam agnouit. Et verò Grego-
rius VI I. partim publica offensa Henrici
IV. Imperatoris, partim priuata iniuriâ per-
motus, id iuris dandi & auferendi regna, a-
pertè sibi prius omnium asseruit, affirmans
Christum Petro & eius successoribus omnia
Mundi scepra dedisse, hoc versiculo,

Petra

Petra de
Veri
quàm c
uit; nec
hibitus p
testatem
habuerit
rit, ex ill
Constan
Romanu
Orthod
lestijs
Nam le
hominis
copi per
atque ac
aut veru
stat Eccl
se in Reg
ralem iu
sum, que
sissimum
rem? an
qui tunc
simoni
fundel
siastic

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.

Verum nihil aliud Gregorius eo facto, quàm cruentas & furiosas tragedias excitavit; nec infeliciter destinata, vi & armis prohibitus perfecit. Quod autem Ecclesia potestatem eiusmodi primis temporibus non habuerit, ac ne quidem habere se crediderit, ex illa quam attulimus Hosij epistola, ad Constantium Ariana hæresi infectum, & Romanum Pontificem Liberium, aliosque Orthodoxos Episcopos exilijs, varijsque molestijs vexantem, liquidò comprobatur. Nam loquitur ibi vir magnus non in privati hominis Christiani, neque in simplicis Episcopi persona, sed totius ordinis Ecclesiastici, atque adeo summi Pontificis nomine: & aut verum dicit aut falsum. Si verum, constat Ecclesiam tunc temporis sensitse, nullam se in Reges & Principes Christianos temporalem iurisdictionem, ne quidem ob hæresim, quod crimen grauissimum & perniciosissimum est, habere. Sin falsum, quamobrem? an vt Imperatori assentaretur? scilicet, qui tunc verè dicere potuit, *loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum & non confundebar* ⁿ: An quia rei veritatem, & eccle- ⁿ *Psal. xix.*
Psal.
siasticam doctrinam ignorabat? equidem

non



non arbitror quenquam id ei viro ascripturum, qui plerisque coetaneos suos doctrinâ & eloquentiâ non æquavit modò sedet experientia propter ætatem antevit : qui cum sapius Concilij & cætui sanctorum Patrum interfuisset; eorumq; de iure ac potestate Ecclesiæ sententias audijisset, non potuit ignorare quid ibi esset de malis Principibus, & Ecclesiæ in eos iurisdictione definitum. Ad-
do, quod caput est, hanc nobilissimi Confessoris ad Constantium sententiã à S. Athanasio laudatam, à nullo autem sanctorum Patrum eius ætatis aut sequentium seculorum improbatam, vt meritò præiudicatam de hac sententiã opinionem habeamus.

CAP. V.

DE Bozj & Canonistarum ineptia qui Papæ Dominium & imperium totius orbis iure diuino tributum esse dicunt, satis iam, superq; differui. Neq; enim in ea refutanda operam consumere mihi necesse est, cum sit communi Theologorum calculo iam pridem explosa. Nunc ad alteram opinionem transeamus, quam Theologi, quibus illa Canonistarum displicet, reiectæ loco
substi-

substitu
videamus
propolu
lem in d
sua spiri
summam
nendi de
anorum.
Pontifici
statis sub
indirect
restitu
pugnet
nitatur
cetera præ
opinion
um, tribu
ribus exe
daram, h
met Pon
iporum
regna te
bua: &
tores, si
à Chri
argum
dilem

substituunt: & an sit cum veritate coniuncta videamus. Hanc autem ita capite primo proposuit; *Papam habere potestatem temporalem indirecte, & aliquo modo, id est, ratione, suæ spiritualis Monarchiæ: habere inquam summam potestatem etiam temporalem. disponendi de temporalibus rebus omnium Christianorum.* quæ sententia si vera est, quicquid Pontifici per abnegationem directæ potestatis subtractum est, id ei per obliquam & indirectam hanc imperandi viam cumulatè restituitur. Sed vereor ne vera non sit, & expugnetur iisdem machinis quibus illa Canonistarum conuellit. Nam Theologi, & doctè præ ceteris Bellarminus, Canonistarum opinionem, quæ Papæ totius orbis Dominium, tribuit & Regibus ac Principibus secularibus executionem tantum à Papa demandatam, hac ratione redarguunt, quod ipsimet Pontifices ingenuè fateantur (vt varijs ipsorum epistolis expressum est) Imperia & regna temporalia à Deo Principibus esse tributa: & quicquid habent Reges & Imperatores, siue potestatis siue executionis, id illos à Christo habere: vnde idem Bellarminus argumentum illud aduersus Canonistas hoc dilemmate scitè concludit. ^a *Peto igitur, inquit,*

^a *Lib. 5. de Rom. Pont. cap. 3.*



quit, *vel potest summus Pontifex auferre à Regibus & Imperatoribus hanc executionem, tanquam summus ipse Rex & Imperator, aut non potest? Si potest, ergo est maior Christo: si non potest, ergo non habet verè potestatem regiam.*

Quidni & nobis, eiusdem generis argumento aduersus alteram hanc Theologorum opinionem, vti liceat? Regna & imperia dantur à Deo, vt multi sanctissimi Pontifices testantur. Qua ratione B. Gregorius in quadã ad Mauricium Imperatorẽ epistola, ^b his verbis orditur. *Piissimus atq; à Deo constitutus dominus noster.* & in alia ad Constantiam Augustam, ^c *Vestra itaq; pietas,* inquit, *quam Omnipotens Deus, cum serenissimo domino, vniuerso Mundo præesse constituit, illi per fauorem iustitiæ famulatum suum reddat, à quo ius tantæ potestatis accepit.* Quid multis? ipsa Scriptura testatur Reges & Imperatores à Deo potestatem accipere, cuius sunt in eo vicarij, vt ait Lyranus ad illud Sapientiæ. *6. data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo qui interrogabit opera vestra.* quid igitur vetat quo minus aliquis ex Bellarmino contra Bellarminum hoc dilemmate vtatur. Aut potest summus Pontifex aliquo

^b Lib. 4. in
diff. 13.
epist. 32.

^c Eodem.
lib. epist. 34.

quo mo
ferre Re
imperia
potest,
quia qua
nim vel p
re vel aq
quidem e
mini ma
pari tan
cum ip
expres
tur. V
non po
eum hat
disponen
Christia
& Imper
ciendi. E
gumetu
etiam le
Bellarm
quodq;
tuo iur
Sive
tempo
tempo

quo modo, hoc est, directè vel indirectè, auferre Regibus & Imperatoribus regna atq; imperia, alijsq; conferre : aut non potest. Si potest, ergo est aliquo modo maior Deo, quia quod Deus dedit ipse aufert : minor enim vel par non potest auferre quod à maiore vel æquali concessum est. Ac ne vicarius quidem eius qui concessit, sine expresso domini mandato : ne quis nobis reponat, Papam tanquam Christi vicarium id facere : cum ipse nullum de ea re mandatum, neq; expressum neq; tacitum accepisse inueniatur. Vt ex sequentibus facile apparebit. Si non potest, ergo falsum est quod dicunt, eum habere summam potestatem indirectè disponendi de omnibus rebus temporalibus Christianorum, & deponendi de folio Reges & Imperatores, alijsq; in eorum locum suffiendi. Perpendant velim, vt suum ipsos argumētum premat. nec hoc solum, sed aliud etiam longè efficacissimum, quod ex eodem Bellarmini libro & capite suprà retulimus. ^{d. 4. Cap. 3.} quodq; hoc loco ad institutum nostrum optimo iure in hunc modum adaptabimus.

Si verum est Papam habere potestatem temporalem indirectè disponendi de rebus temporalibus omnium Christianorum; aut
eam



eam habet iure Diuino aut iure humano. Si iure Diuino, deberet id constare ex Scripturis, aut certè ex Apostolorum traditione. Ex Scripturis nihil habemus nisi datas Pontifici clauis regni calorum: de clauibus regni terrarum nulla mentio fit: traditionem Apostolorum nullam aduersarij proferunt, neq; scilicet Canonistæ neq; Theologi. Si iure humano; proferant ius illud, vt vnà eum ijs sentiamus. Quòd si dixerint, neq; expresso Dei verbo, neq; traditione Apostolorum ad huius potestatis confirmationem opus esse, cum indirectè tantum & ex quadam sequela Pontifici competat, tanquam inseparabilis quedam accessio & appendix potestatis illius spiritualis, qua supremus animarum Pastor in omnes Christiani gregis oues preeditus est. Nos rursus ab ijs petemus aliquod eius accessionis & coniunctionis testimonium ex Scripturis vel traditione Apostolorum: petuimus inquam, vt ex Scripturis vel Apostolorum traditione doceant, hanc esse accessionem, & sequelam necessariam & inseparabilem illius potestatis spiritualis quam habet summus Pontifex: atq; ad munus Pontificale pertinere aliquo modo, (hoc est indirectè, vt loquuntur) disponere de omnibus rebus

tempo-

temporal
quam fir
tantam p
hil in reb
sto Salua
succesioni
tot seculis
que potest
temporal
rit sentent
mittitur,
Ira enim
quid dire
tè quide
se: nisi id
cessario ad
missum su
& nisi (vt
causa con
Vnde eum
ne cedere
concludit
directe ho
Papa, qua
iurisdictio
quod illi
effici vid

temporalibus Christianorum : cum neutiquam sit verisimile, si id eius officio cōuenit, tantam potestatis amplitudinem, & qua nihil in rebus humanis præcellius, tum à Christo Saliatore, tum ab Apostolis & eorum successoribus, tam alto silentio in Ecclesia tot seculis fuisse pretermittam. Nam si utraque potestas ab altera, spiritualis scilicet à temporali, & contrà, separari possit: locus erit sententię, quę quod directè fieri non permittitur, id nec indirectè fieri posse statuit. Ita enim prudentes definierunt, quoties aliquid directè fieri prohibetur, id nec indirectè quidem siue per consequentiam fieri posse: nisi id quod prohibitum est, sequatur necessariò ad aliud iure permissum, ita ut permissum siue prohibito non possit procedere, & nisi (ut cum Iurifconsulto dicam) *utriusq; causa ita commixta sit, ut separari non possit.* ^{e.} ^o L. 5. §. generaliter. D. de don. inter vir. & vxor. ^f ^o Panorum in cap. dudum. 54. de elect. & cap. cum pridem. de pact.

Vnde eum qui solus rem alienare non potest, ne cedere quidem posse liti super ea motæ concluditur. ^f quod nimirum obliquè & indirectè hoc modo rem alienaret. Si igitur Papa, quatenus Papa, nullam temporalem iurisdictionem directò habet in Christianos, quod illi concedunt, superiore iuris sententiã effici videtur, cum nullam ne indirectè quidem



dem habere posse. Quapropter vt suam hominibus sententiam persuadeant, debent ex Scripturis aut Apostolorum traditionibus testimonium proferre : vel saltem docere temporalem potestatem de qua loquuntur, ita coniunctam esse cum spirituali, vt ab ea diuelli & separari, vt inquam spiritualis sine ea consistere, nullo modo possit. quod quoniam præstare nequierunt, nihil nisi opiniones incertas sunt sequuti, & rationes quæ non satis videntur concludere quod assumunt. quas suo ordine & loco examinabimus.

C A P. VI.

Superiorem sententiam de potestate temporali, quam dicunt **Papam** habere indirectè, fortiter impugnat, quod neq; vsus, neque exemplum, neq; mentio vlla talis Pontificiæ potestatis, annis circiter mille in Ecclesia fuerit: cum multi interea Principes Christiani impiè, crudeliter, peruersè, & magno Ecclesiæ detrimèto, regnis atq; imperijs abuterentur: ex quo duorum alterum consequi necesse est, aut illorum scilicet temporum Pontifices officio suo defuisse, aut sequèti temporum Pontifices maiore cum potestate

in
potestate &
etiamnum
istam pote
eamq; in R
arbitrio con
pertinere ne
nouent. Ne
primos illos
dita sunt, se
multum per
detractoris,
audiamus
Prodijs
mini M. D.
Francisci Ro
gatus. Respo
qua falso cat
Henrici Nana
Cuius libri a
nouit & am
obiectionem
Ecclesiæ, & c
ruminatione
tem hanc ind
quod quarto
vum nostrum
multos Her

potestate & imperio Ecclesiæ præfuisse & etiamnum præsidere; quod hi temporalem istam potestatem apertè sibi vindicarint, eamq; in Reges ac Principes exercere pro arbitrio conati sint: illi verò ius tale ad se pertinere neq; dictis neq; factis vnquam agnouerint. Non ignoro quæ ad excusandos primos illos Pastores responsa à nonnullis edita sunt, sed scio esse eiusmodi quæ si exammissim perpendantur nullius æqui rerum æstimatoris, iudicio comprobentur. Ea igitur audiamus.

Prodiit libellus Romæ excusus anno Domini M. D. LXXXVIII, sub fictitio nomine Francisci Romuli cum hac inscriptione euulgatus. *Responsio ad præcipua capita Apologia, quæ falsò catholica inscribitur, pro successione Henrici Nauarreni in Francorum regnum.* Cuius libri author, quem Bellarminus satis nouit & amat, conatur hanc grauissimam obiectionem diluere ex mutatione status Ecclesiæ, & diuersa temporum ac personarum ratione & conditione, quæ iuris varietatem sæpe inducunt. Ita enim ille: ^a *Iam verò, a Cap. 12.* quod quarto loco aduersarius objicit de maiorum nostrorum consuetudine, qui Principes multos Hereticos passi sunt, ut Constantium & Valentem



Valentem Arianos, Anastasium Eutychianum, Heraclium Monothelitam, & si qui sunt alij, ad rem nihil facit. Neque enim Ecclesia temere & inconsideratè potestate sua debet abuti. Porro non rarò accidit, ut tanta sit quorundam Regum cum improbitate ac seuitia iuncta potentia, ut Ecclesiastica censura neque ad eos coërcendos quicquam prosit, & Catholicis populis in quos Principes irritati magis seuiunt, plurimum obsit. Quid enim quæso profuisset quondam Ecclesiæ si tentasset vel Ostrogothos Reges in Italia, vel in Hispania Wisegothos, aut Wandalos in Africa excommunicare, ac de solio deturbare, quamuis id facere iure optimo potuisset? quod idem de Constantio, Valente, & alijs supra nominatis intelligi debet. siquidem ea tunc erant tempora, ut potius ad martyrium subeundum Episcopi, quam ad Principes coërcendos parati esse deberent. At ubi vidit Ecclesia sua potestati locum aliquem aperiri, vel cum ipsorum Principum spiritali utilitate, vel certe sine detrimento & pernicie populorum, non sibi defuit, ut exempla paulò antè allata demonstrant. Sic enim Ecclesia Leonem Isaurum imperij parte, & Henricum quartum toto imperio, & Childericum regno Francia spoliandos esse iudicauit, ut re ipsa deinceps & Leo parte imperij,

imperij,
 cuius regn
 tores, Ca
 ideo tole
 nias) que
 alioqui e
 Childeric
 runt, pert
 trimento
 Hæc il
 causam
 Iulianu
 rem, An
 cipes hæ
 Isaurum,
 quentium
 nequaquã
 ea tunc era
 subeundam
 cendos para
 quòd Con
 ceteros illi
 della sine
 trimento coë
 rem, Henric
 poterat, &
 lit. Sed va

imperij, & Henricus imperio toto, & Childericus regno caruerit. Itaque veteres illos Imperatores, Constantium, Valentem, & ceteros non ideo tolerauit Ecclesia (vt aduersarius somniat) quòd legitimè in Imperium successissent, alioqui enim Leonem etiam, Henricum, & Childericum, qui non minus legitimè successerunt, pertulisset: sed quod illos sine populi detrimento coërcere non poterat, istos poterat.

Hæc ille; in quibus duplicem diuersitatis causam reddit, cur Ecclesia Constantium, Iulianum, Valentem, Valentinianum iuniorem, Anastasium, Heraclium, & alios Principes hæreticos tolerauerit: Leonem verò Isaurum, Henricum IV. Childericum, & sequentium seculorum Principes damnosos nequaquam pertulerit. Vnam quidem, quòd ea tunc erant tempora, vt potius ad martyrium subeundum Episcopi quàm ad Principes coërcendos parati esse deberent. Alteram verò, quòd Constantium, Iulianum, Valentem, & ceteros illius ordinis suprà nominatos, Ecclesia siue summus Pontifex, sine populi detrimento coërcere non poterat: Leonem autem, Henricum, Childericum, & sequentes poterat; ideo illos pertulit, istos non pertulit. Sed videamus ne vtraq; diuersitatis ratio



falsa fit, & in meris mirisq; mendacius fundata: & nemo tamen hætenus meliorem assignauit, aut, vt arbitror, assignare poterit, nisi illam solam quæ aduersariorum causam penitus destruit, nempe Ecclesiam priores illos Imperatores & Principes tolerasse, quia nondum in eam irreperat cæca illa ambitio, qua Pontifices sequentes temporalem de qua loquimur iurisdictionem auiditate gloriæ vsurparunt. Itaque illius temporis Pontifices spiritali imperio contentos, quod in omnes æquali iure exercebant, temporali potestate, quam ad se non pertinere sciebant, prorsus abstinuiffe: ita Ecclesiæ causam diuino iudicio commendantes, malorum Principum conuersionem aut euerfionem, vti Deo placitum, humiliter patienterque expectasse. Sed redeo ad rationes ab isto auctore redditas, vt quàm sint vitiosæ videamus.

Et verò, ne quid dissimulem, prior eius ratio, seu causa diuersitatis, indigna mihi videtur quæ ab vllo Catholico, nedum Theologo in medium afferatur, quam ego propterea legere sine lachrymis vix sustineo, Quid enim? an nos incidimus in ea tempora, quibus Episcopi milites potius quàm Martyres

tyres eff
clesiam
us defen
quis. Q
nino tale
lorum ter
Principur
quod tunc
parati esse
digende
ita fit, q
lectica
lam ex c
altera pa
mus? Et t
vquam à
rendi se n
magis nec
prædam in
& Principe
& populi in
ille non ret
exponant
bus ponant
per totum
martyrum
nunc vero

tyres esse debeant? aut legem Dei, atq Ec-
clesiam, prælijs quàm prædicationibus poti-
us defendere? At non hoc dicit, inquiet ali-
quis. Quid ergo? aut prorsus nihil, aut om-
nino tale quid dicit: vult quippe horum & il-
lorum temporum differentiam, quantum ad
Principum coercionem, in eo consistere,
quòd tunc potius ad martyrium subeundem
parati esse debuerint Episcopi, quàm ad re-
digendos in ordinem Principes: Quod cum
ita sit, quis nõ inuito iudicio, & naturali dia-
lectica facilè deprehendat, aut rationem il-
lam ex dissimilibus non consistere, aut id in
altera parte collocandum quod nos posui-
mus? Et tamen audacter affirmem, nullum
vnquam à Constantiño Magno tempus offe-
rendi se martyrio Episcopis opportunius &
magis necessarium extitisse. Leo vndique
prædam inhiat, Lupus astat ad caulas, Reges
& Principes potentissimi, plurimæ nationes
& populi in Christi gregem se accingunt, &
iste non retur tempus exigere, vt Episcopi
exponant se martyrio, & animam pro oui-
bus ponant? Ergone florente Ecclesia, ac
per totum orbem diffusa, Episcopi nihil nisi
martyrium sperare & expectare debebant:
nunc verò cum eo deuentum sit, vt ipsa gra-



titer agitata, ac velut in angulum Europæ coniecta fit, Episcopi tanquam extra metū, ad coercendos Principes, ac non potius ad martyrium animos intendant? An quia nunc ingentes comitatus, & pedestres atq; equestres copias alunt, quibus se, vitam, corpusque tueantur, & Ecclesiam ab iniuria tot Principum & populorum eam vastantium, vi & armis vindicent? An potius quia pauci nunc ea mente legeque Episcopatus accipiunt, ut illis aut animi aut corporis molestiis angantur, quas *in persecutionibus & confessione fidei* Pastores bonos perpeti oporteat: sed ut vitam mollius & cum voluptate transigant; & ex bonis pauperum & patrimonio Christi, cognatorum familias illustrent? An denique quia ex eo quod mercenarij tantum Pastores sunt, lupo veniente & gregem laniante, sibi fugam capessere & martyrium declinare ius fasque esse credunt? Hæc equidem non ad iniuriam vel invidiam ordinis Ecclesiastici profero, quem semper à puero observavi. Nec dubito multos esse qui commissum sibi gregem vigilantissime custodiant, parati in omnem euentum mandatas suæ fidei oves obiectu corporum tueri, & Christi confessionem sanguine consignare.

re. Sed t
hensione
eorum qu
affectant
sed ut ipsi
ecclesiasti
impure & r
vilius vitio
dant. O t
pars reipul
nus centu
porum &
quam ma
sponsi sem
nimirum
facile oppre
modum ter
tatem, & de
lupum venie
ad ipsos lup
que, Scoti
que in hare
licet non nu
ma ecclesia
curtionem
tione defec
vivendi p

re. Sed totum ad superioris responsi reprehensionem dico, simulque ad ignominiam eorum qui dignitates Ecclesiae nunc passim affectant nullo Ecclesiasticae vitae desiderio, sed ut ipsi magnifice & laute agitent, & quas ecclesiasticae vitae puritas opes promeruit, impure & magno cum Ecclesiae scandalo, in usus vetitos, certe non necessarios, expendant. O tempora o mores! Iam maxima pars reipublice Christianae ab annis plus minus centum perijt. Hoc ipso quod Episcoporum & Sacerdotum plerique, ad militiam quam martyrium promptiores, superioris responsi sensum inconsiderate sequuti sunt: rati nimirum, quod res non erat, haeresim armis facile oppressum iri, ipsis interea suae vitae modum tenentibus, id est, pristinam voluptatem, & desidiam alentibus: itaque *videbant lupum venientem & fugiebant*: neque pauci ad ipsos lupos transfugerunt. *Haud ignota laquor*, Scotia mihi & Anglia testes sunt, aliaeque in haeresim prolapsae regiones, in quibus licet nonnulli viriliter restiterint, pars maxima ecclesiasticorum ne primam quidem incursionem sustinuerunt, statim faeda prodicione defectionem moliti, partim ut liberius viuendi potestate a nouatoribus permessa



promissaq; fruerentur, partim ne præsentibus commodis spoliati, ad mendicitatem peruenirent: quod si, vt olim primi illi Patres, se ad martyrium accinxissent, nonstrum illud immanissimum in ipsa infantia sustulissent. Fieri potest vt illius libelli author bono animo, & sine vilo dolo malo, talia scripserit, sed fieri profectò non potest, vt in hoc rerum Ecclesiæ statu, ea vilius pòderis aut momenti censeantur. Nam cum totus pene orbis Ecclesiæ Catholicæ velut nexu mancipioque tenebatur, dicit ea tunc fuisse tempora quibus Episcopi ad martyrium subeundum quàm ad Principes in ordinem cogendos paratiores esse debebant: nunc vero, cum partim infideles, partim hæretici totam Asiam, Africam, Europam, vno aut altero regno excepto, peruaserint, atque Ecclesia ad tantas ferè quantas vnquam redacta sit angustias, non eandem officij necessitatem Episcopis putat incumbere. Nimia certe hæc est vel in perscrutando indiligentia, vel in iudicando & monendo indulgentia: nec debuit vir doctus & Theologus, qualis videtur ille author, Prælati Ecclesiæ in magnam viuendi licentiam velut tempestate quadam delatis tam facilem deserendi officij viam ostendere,

re, vt e
um pa
cipes c
ordine
posse. C
fuitarum
enim pa
Cardina
cura pot
tiem, le
bis incu
lentissi
tempu
adferet
igitur pe
thorem a
different
rum diffir
rum & Pr
rum, & c
A Lte
ele
tulisse C
quia leg

re, vt existiment se iam non tam ad martyri-
um paratos, quàm ad bellum in malos prin-
cipes ciendum, quos certum est, sine bello in
ordinem redigi, & régnis priuari, nunquam
posse. Quanto illi rectius qui (siue primi Ie-
suitarum, siue alterius ordinis fuerint: nihil
enim præter auditum habeo) obuiam se
Cardinalibus Romæ ferebant & suam illis
cum pompa pro more prætereuntibus molli-
tiem, luxum, indiligentiam, asperrimis ver-
bis increpabât, quòd orta paulò ante turbu-
lentissima Lutheranae heresis tempestate,
tempus illud aliam Prælati Ecclesiæ vitam
adferebat, aliosque mores postulabat. Ex his
igitur perspicuum est, allucinari plane an-
thorem *Responsionis*, constituendo rationem
differentiæ in priscorum & horum tempo-
rum dissimilitudine, quantum ad Episcopo-
rum & Prælatorum Ecclesiæ officium, sta-
tum, & conditionem attinet.

C A P. VII.

Altera ratio quam adfert nihilo melior
est. Ecclesiam nempe non ideo per-
tulisse Constantium, Valentem, & cæteros,
quia legitime in Imperium successerant, non
magis



magis quàm Leonem, Henricum, & Childericum, qui non minus legitime successerant, sed quia illos sine populi detrimento coërcere non poterat, istos poterat. Nam hoc falsissimum est, & miror Bellarminum hanc alibi

^a Lib. 5. de
Rom. Pont.
cap. 7.

rationem secutum esse ^a. Falsissimum dico est, non potuisse Ecclesiam coërcere illos æquè facile atq; istos, ne dicam facilius, & sine detrimento populi, siue id armis tentare, siue arte aliqua, & hominis deuoti operâ uti voluisset. Iam enim totus orbis sub Constantio Christianus fuit (vt ex epistola Constantini Magni ad Ecclesiam, ab Eusebio ^b & Nicephoro ^c relata constat) & eius pars maxima Orthodoxa; ita vt vires illis ad opprimendum Imperatorem nequaquâ defuerint, si fas aut pium credidissent armis aduersus legitimum Principem decertare. Et sane credibile est Deum ipsum milites suos, non odio vel ambitione, sed solo Ecclesiam sartam tectam seruandi studio in id bellum incumbentes, facili & non dispendiosa victoria ornaturum. Quid, quod multitudo magna Monachorum in Ægypto Lybiaq; atq; alij per Asiam & Europam viri pij innumerabiles versabantur, in quibus haud dubiè multi erant non minoris zeli, quàm ille scelus qui

^b Lib. 3. de
vir. Const.

^c Lib. 8.
cap. 25.

Henricum

sigam

Henric
sed mar
zelo in
modum
Impera
morum
cum Eco
mento e

De lo
cam? N
puli de
stata fo
tus est
tum fere
& statim
omnium
clamasse
nolle ex
sponder
muniter
repellas i
perator e
pietatis d
stiani sun
doctrina
vero illi
sime en

Henricum III. Regem Franciæ iugulauit, sed maiore scientiâ gratiâq; illustrati, quibus zelo inconsiderato, præcipiti, & temerario modum constituiebant. Hi facillè (silibuisset) Imperatorem sine vlllo tumultu bellico & armorum strepitu confecissent, & si quod in eum Ecclesia ius habuisset, sine populi detrimento exequi potuissent.

De Iuliano Constantij successore quid dicam? Non eum credo Ecclesia sine vlllo populi detrimento coercere potuit? cum Apostata foedissimus, & qualis nemo alter inuentus est inter Christianos Imperator exercitum ferè totum ex Christianis haberet, nam & statim ab eius interitu cum Iouinianus omnia suffragijs Imperator electus, proclamasset se Christianum esse, ac propterea nolle exercitui Ethnicorum præesse; ^d responderunt milites, & exclamauerunt *communiter vniuersi; ne dubites Imperator, nèue repellas imperium nostrum, vt improbum: Imperator es enim Christianorum futurus, qui in pietatis disciplina educati sunt: nos enim Christiani sumus: & grandiores quidem inter nos doctrinam Constantini perceperunt, minores vero illis Constantius instruxit. Neq; istius proximè mortui diuturnum Imperij tempus fuit,*

^d Ruffin.
lib. 2. hist.
eccles. cap. 1.
Soera. Schol.
lib. 3. cap. 22.
Theodoret.
lib. 4. cap. 1.

vt



vt circumuentis quibusdam ad infigendum malum suffecerit. Cogitet velim, & recogitet, tam author illius libelli quàm lector huius, an non potuerit facillè Ecclesia tantis copijs adiuta impium illum Imperatorem sine populi intertrimento tollere: præsertim cum Imperatores tunc à solis militibus crearentur, quibus inter prima religionis tempora, spemq; martyrij, nihil erat antiquius quàm Antistibus legem Numinis & voluntatem edicentibus credere & parere. Quòd si in sanctissimorum patrum illis scholis didicissent, fas esse Ecclesiæ impio Principi abrogare imperium, subditisq; licere eiusmodi dominum seu aperta vi, seu per insidias tollere, nihil eis facilius quàm Iuliano imperium abrogare, vel vitam eripere, & alium pro arbitrio sufficere sine tumultu vllò siue periculo, publicæ iactura. quippe ad exercitum ius nominandi Imperatoris, ex longa tunc consuetudine, spectare putabatur: vt & re ipsa, Iouinianus primùm, mox Valentianus, ambo Christi Confessores, post excessum Iuliani, ab eodem exercitu ad imperium sunt subuecti. Quid, quod etsi non totus exercitus in Christi hostem conspirasset; at tamen soli illi milites, de quibus ex Nazian-

zeno

zeno in
mus vt
Iulianu
quos, t
mus, vt
cilis mil
accessus
martyrij
pro fidei
fiam à sc
rannide
longè p
la furic
Quid, q
Euange
vtrumq;
um, Hila
doctrinà
ebant, qu
pes habe
neq; cog
rio Reipu
dissimula
tem atq;
Quid, q
docebar
mis rem

zeno in libris nostris de Regno ^e, memini ^{e Lib. 4.}
 mus vna cum Iouiniano tunc Confessore, ^{cap. 5.}
 Iulianum nullo negotio sustulissent? utpote
 quos, si audaciam & fortitudinem specte-
 mus, vsus rei militaris: si oportunitatem, fa-
 cilis militum tunc temporis ad Imperatores
 accessus: si voluntatem, ardor animorum
 martyrij desiderio flagrantium, & quiduis
 pro fidei defensione molientium, ad Eccle-
 siam à sceleratissimi hominis perfidia & ty-
 rannide, claro aliquo facinore liberandam,
 longè promptiores reddidisset, quàm vel vl-
 la furiosum monachum vesana temeritas.
 Quid, quod Christiani eo tempore inclytos
 Euangelij tubicines, Athanasium, Basilium,
 vtrumq; Gregorium, Cyrillum, Epiphani-
 um, Hilarium, Hosium, aliosq; complures
 doctrinâ & virtute insignes Pontifices audi-
 ebant, qui neq; quid iuris Ecclesia in Princi-
 pes haberet propter doctrinam ignorare,
 neq; cognitum & perspectum tam necessa-
 rio Reipub. Christianæ tempore filere aut
 dissimulare, propter summam vitæ sanctita-
 tem atq; in aduersis constantiam potuerunt?
 Quid, quod populum diuini illi Antistites
 docebant, nullum nisi in patientiâ & lachry-
 mis remedium aduersus Apostatam super-
 esse?



Orat. in
Iulian.

esse? ita enim Nazianzenus. ^{f.} *Hæc, inquit, Iulianus deliberabat* (loquitur de ijs quæ crudelis Apostata aduersus Ecclesiam meditabatur) *quemadmodum secretorum illius sodales & testes propalarunt: coërcitus est tamen Dei clementiâ, ac lachrymis Christianorum, quæ multa iam & à multis erant effusa, quum solum hoc contra persecutorem haberent remedium.* Quæso aduerte animum sis, Lector, & perpende Nazianzenum hoc loco. Negat Christianos, hoc est, Ecclesiam, habuisse vllum remedium præter lachrymas aduersus persecutionem Iuliani, cum tamen certum sit eos pro se totum Iuliani exercitum habuisse. Non igitur sensit hic Pontifex qui ^{est} Theologus est appellatus, Ecclesiam ius vllum habere in Imperatorem impiissimum ad commouendum aduersus eum exercitum Christianum: alioqui falsum esset Christianos siue Ecclesiam non habuisse aliud remedium contra persecutorem præter lachrymas. habebant enim exercitum qui iussus ab Ecclesia, propter Dei causam facile à Iuliano defecisset.

Iam verò quod de Constantio & Iuliano diximus, scilicet nullo negotio in ordinem ab Ecclesia cogi & sceptris vitæq; priuari sine vlllo

vlllo po
lente &
dentiu
exerci
summe
cors be
Traian
qui fide
bantur.
xian in
religio
vltra
quod i
tum de
omnib
rem ger
dio toll
tam, m
ad Vale
vnde p
hi belli
cipem f
cuisset
ratorum
rare: A
bus tu
tempo

ullo populi incommodo potuisse, id in Valente & Valentiniano iuniore multò est evidentius. Quandoquidem Valens præcipuos exercitus sui duces & præfectos habuit viros summè Catholicos, per quos ipse reses & secors bella conficiebat: nempe Terentium, Traianum, Arintheum, Victorem & alios, qui fidem Catholicam constanter profitebantur, suamq; Imperatori hæresim & *θεομαχίαν* in os intrepidè exprobrabant. sed in tam religiosa libertate, manus abstinerunt, nec ultra admonitionem processit indignatio: quòd scirent se vitia Principis indicare tantum debere, non etiam vindicare. Itaq; in omnibus quæ secularis erant imperij, morem gerebant Hæretico quem facile de medio tollere potuissent, & Monarchiam totam, maximo afflictæ Ecclesiæ commodo, ad Valentinianum Principem Catholicum, vnde processerat, reducere. An non poterat hi belli Duces fœdus inter se aduersus Principem suum Hæreticum icere, si id iure licuisset? An non expediebat Ecclesiæ Imperatorem Hæreticum Catholicis non imperare? An denique Ecclesia doctis & vigilacibus tunc Pastoribus caruit, eòq; ius suum temporale aut ignorauit aut neglexit? Nam quod



quod solum superest, nulla ætas Christianos Prælatiſ suis magis morigeros, quàm illa habuit : vt si non ius imperandi Principibus temporalia, sed iuris tantum executio Ecclesiam defecisset, nec tardè eam populus & exercitus, Constantij, Iuliani, & Valentis tyrannide liberaturus fuisse videatur. Cuius rei fidem facit testimonium illustre D. Augustini^s inter Canones relatam. ^h *Iulianus exiitit infidelis Imperator, inquit : Nonne exiitit Apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani seruiertunt Imperatori infideli. Vbi veniebant ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in cælo erat. Quando volebat vt idola colerent, vt thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant dominum æternum à domino temporali: & tamen subditi erant propter dominum æternum etiam domino temporali. Quis hîc non videt facillimum fuisse Ecclesiæ coërcere omni modo Iulianum, si tēporalem aliquam in eum potestatem habuisset? quippe ventum tunc fuisset ad causam Christi, quo casu Imperatori Christū, id est Dominum æternum domino temporali milites præponerent. Nam & Ecclesiæ causa,*

Christi

^z In Psalm.
124.
^b Cxi. q. 3.
can. 98.

hosp

Christi
mani,
Ecclesi
se iuri
lem vll
res, aut
solicite
runt, q
nostri P
ris part
& Mon
aut sc
rali po
id illis
que ipse
mis illis
iam pe
ens, a
Quapr
dum e
Pontifi
re poss
niam,
um ce

Christi causa est. Aut ergo Pontifices Romani, siue summi Pontifices, atq; adeo tota Ecclesia, tunc pro certo crediderunt, nullam se iurisdictionem & potestatem temporalem vlllo modo habere in Principes seculares, aut certè defuerunt officio suo, nec tam sollicitè gregem suæ fidei mādatum curauerunt, quàm post multa sæcula recentiores nostri Pontifices, qui ad pastoralis sui muneris partem pertinere contendunt, Principes & Monarchas omnes, non solum ob hæresim aut schismata, sed ex alijs etiam causis temporali poena coërcere, & regnis atq; imperijs, si id illis visū est, spoliare. cum ceteroquin neque ipsi vitæ sanctitate, & doctrinâ, cum primis illis Pontificibus conferendi sint, neque iam populis Christianis tam dicto audiens, atque primis illis temporibus extitit. Quapropter, si verum amamus, fatendum est, neminem vtrorumque temporum Pontifices in hac re vel accusare vel excusare posse. Extra præuaricationem aut calumniam, alterutrorum laus alteris ad vituperium cedit. Sed pergamus.

E

CAP.

CAP. VIII.

Iunior Valentinianus omnium qui in hunc diem, non solum Imperio, sed Regno aut Principatui cuiquam praefuerunt, facillimè ab Ecclesia coërceri potuit. Nam non solum summi Episcopi, id est, Pontificis Romani iussu ab Imperio reijci, sed & solius Episcopi Mediolanensis, Ambrosij scilicet, nutu & arbitrio à proprijs militibus & stipatoribus deserui, & ad priuati hominis statum redigi potuit. *Ante lucem*, inquit Ambrosius, ^a *Vbi pedem limine extuli, circumfuso milite occupatur basilica: idq; à militibus Imperatori mandatum dicitur, ut si prodire vellet, haberet copiam, se tamen praesto futuros si viderent eum cum Catholicis conuenire: alioquin se ad eum catum quem Ambrosius cogeret transituros. Prodire de Arianis nullus audebat, quia nec quisquam de ciuibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gotthi, quibus ut olim plaustrum sedes erat, ita nunc plaustrum Ecclesia est. & post in eadem epistola de seipso loquens, Ego tyrannus appellor, & plus etiam quam tyrannus, inquit. Nam cum Imperatorem Comites obsecrarent uti prodiret ad Ecclesiam, idq; petitu militum facere se dicerent, respondit: Si vobis*

*a Ad foro-
ram suam
Marcellinā.
epist. 33. li. 5.*

vobis inſerit Ambroſius, vinſtum me trade-
tis. Quid ad hæc aduerſarij? an non vnus
iſte locus ſat eſt qui omnibus linguam oc-
cludat? Omitto quod Maximus cum valida
manu ex Britannia & Gallia partibus colle-
cta in Italiam contendebat, curaturus (vt il-
le dicebat) ne quid vltra religio Catholica
detrimenti caperet: & Eccleſia iam à Va-
lentiniano deprauata in priſtinum ſtatum
reponerentur; quod & ipſi Valentiniano per
litteras ſignificauerat. qui tamen non vnicus
illi ſcopus; ſed (quod a nonnullis noſtro ſe-
culo factitatum) hoc colore pietatis ſlagran-
tem regnandi cupiditatem tegebat. Nam
conſtitutum illi erat, occiſo iam apud Lug-
dunum Gratiano, in Valentiniani Imperi-
um inuadere. Itaq; eius aduentu perterritus
Valentinianus, ex Italia in Illyrium ad Theo-
doſium Orientis Imperatorem profugit. Res
notatu digna; Hæreticus à Catholico fugat-
us, ad Catholicum auxiliij cauſa fugit: à quo
& reprehenuſ eſt propter hæreſim, & prop-
ter reuerentiam Maieſtatis humaniter ex-
ceptus, atq; in regnum reſtitutus. Et quia
Eccleſia rebellionem religionis ergo aduer-
ſus legitimum Principem non laudauit, Ma-
ximus neq; reformator Imperij dictus eſt, ne-



que restaurator Ecclesiæ, sed rebellis & tyrannus^b.

^b Sozomen.
lib. 7. ca. 13.
Nicephor.
li. 12. ca. 20.

Hæc cum ita sint, desinant nunc velim aduersarij commento suo nobis imponere: aut saltem dicant vnde id hauserint? An apud probatum scriptorem vsquam legerint, Christianos ita viribus & copijs suis tunc diffidisse, vt ne tentare quidem ausi fuerint, quod fortiter aggressi facile perfecissent? aut tentasse saltem, sed belli fortunam humanaque omnia expertos, impijs Principibus succubuisse? Adeone illis animus & voluntas defendendæ Ecclesiæ deerat? Adeone illos religionis ardor & zelus domus Dei deficiebat? Adeone Cõcionatoribus eruditis & buccinis Euangelij destituebãtur, vt quid iuris in Principem peruersum & hæreticum Pontifici aut populo sit, minimè intelligerent? Replicent aduersarij omnium annalium memoriam, & versent quousque volent scripta ecclesiastica & profana, nusquam profecto inuenient Ecclesiam illis seculis (cum fuerit multò quàm nunc potentior) aliquid in Principum quantumuis malorum perniciem esse molitam, aut eis imperium abrogare conatam, vt est à nobis in libris nostris de Regno, perspicue fuseque demonstratum

in
stratum
Patrum
potestate
sensisse,
sive sum
uersæ tem
vllave ex
Dei iudicio.
relinquend
fuit, cur illi
ter de libe
meminerit
trouersa
tentia, qua
tione maio
rant: Princi
um iudicem
Ecclesiæ iu
Huius re
produco, c
sentiant, inc
lius potestat
quem primi
homines. S
quomodo e
minem a I
consecutum

stratum ^c. At ex ijs contra quæ in sanctorum ^{Lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 5.} Patrum scriptis de principum secularium potestate legimus, constat omnes ea ætate sensisse, nullam vel, Episcopo Romano siue summo Pontifici, vel Ecclesiæ vniuersæ temporalem potestatem, vlllo modo, vllaue ex causa in eos competere: sed solius Dei iudicio, quantum ad pænas temporales relinquendos. Atque hæc, vt videtur, causa fuit, cur illi Patres nõ nisi perraro atque obiter de libertate & impunitate Principum meminerint: quòd nimirum de ea tunc controuersia non fuerit; sed vna omnium sententia, quam inde ab Apostolis ex prædicatione maiorum, velut per manus acceperant: Principem in temporalibus solum Deum iudicem habere, licet in spiritualibus Ecclesiæ iudicio subijciatur.

Huius rei testem in primis Tertullianum produco, qui de Imperatoribus loquens. ^d ^{In apolo. get. aduers. gentes.} *sentiunt, inquit, Deum esse solum, in cuius solius potestate sunt, à quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes deos & super omnes homines.* & ^e alibi, *Colimus Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, vt hominem a Deo secundum, & quicquid est à Deo consecutum, solo Deo minorem. Hoc & ipse vo-*



let: sic enim omnibus maior est, dum solo vero Deo minor est. Hæc ille, non ex sua sed communi Christianorum omnium persona, velut certam & indubitam totius Ecclesiæ doctrinam, profitetur. Nec aliquis hoc argumentum sic eludat, quòd Imperatores tunc fuerint extra Ecclesiã, ac proinde non subiecti Ecclesiæ. Nam lex Christi iure suo neminem priuat (quod ipsimet aduersarij fatentur) ac proinde, vt supra ostendimus, Reges & Imperatores accedendo ad Ecclesiam, nihil iuris sui temporalis amittunt ^f.

ⁱ cap. 3.

Secundo loco prodibit S. Ambrosius, qui de Dauide adulterio homicidium cumulantem scribens. ^b Rex utique erat, inquit, nullis ipse legibus tenebatur, quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum. Neque enim vllis ad penam vocantur legibus, tuti imperij potestate.

^e In lib. qui
inscribitur
Apologia
David.

Tertio B. Gregorius Archiepiscopus Turonensis, ^h qui Francorum Regem Chilpericum Sacerdotes Dei calumniosè vexatè, & iniuriose tractantem, his verbis alloquitur. Si quis de nobis, ô Rex, iustitiæ tramites transscendere voluerit, à te corripit potest: si verò tu excesseris, quis te corripiet? loquimur enim tibi, sed, si volueris, audis: si autem nolueris, quis

^b Lib. 5.
hist cap. 7.
Aimoin
lib. 3. cap. 26.

quis te dar
institiam.

Quart

Turonensis
fex Maxim
& subditur
con potesta
mines, hui
paulo ante

Quinto

pus Frisim
constitut

ti, seculi
tam Regem

PECCA

stolum, om
in manus L

nullum pra
metuant, eo

sunt peccare

Possum

fidem acci
ore duorum

bum. Si c
antiquorum

vnum ali
scriptum

quis te damnabit, nisi is qui se pronunciauit esse
iustitiam?

Quartò, D. Gregorius Magnus, Gregorij
Turonensis ferè coætaneus, qui cùm Ponti-
fex Maximus esset, Imperatoris se famulum
& subditum esse fassus est; ipsique Impera-
tori potestatem cælitus datam in omnes ho-
mines, humaniter humiliterque agnouit, vti
paulò ante retulimus ¹.

¹ Cap. 3.

Quinto, præclarus Antistes, Otto Episco-
pus Frisingensis, ^k *Soli Reges*, inquit, *utpote* ^k *In epistola*
constituti supra leges, diuino examini reserua- ^{ad Freder.}
ti, seculi legibus non cohibentur. Vnde est illud ^{Ocnobarbii.}
tam Regis quàm Propheta, TIBI SOLI
PECCAVI. & Mox. Cùm enim iuxta Apo-
stolum, *omni mortali horrendum sit incidere*
in manus Dei viuentis; Regibus tamen, qui
nullum præter ipsum supra se habent quem
metuant, eo erit horribilius, quo ipsi cæteris pos-
sunt peccare liberius.

Possum & alios non paucos ad huius rei
fidem accire: sed quid pluribus opus est? *in*
ore duorum vel trium testium stet omne ver-
bum ¹. Si contrariæ opinionis assertores tot ¹ *Matth. 18.*
antiquorum Patrum testimonia, imò si vel
vnum aliquod proferre possint, quo disertè
scriptum sit Ecclesiam, vel eius caput Sum-
mum



num Pontificem, habere temporalem vltimam potestatem in Reges & Principes seculares, & posse eos temporalibus pœnis quoquo modo, directè scilicet vel indirectè, coercere, aut regno, regniue parte multare: non equidem recusabo quo minus lis tota secundum ipsos sine prouocatione iudicetur. Nihil enim est quod malim quàm certam rationem inueniri posse, per quam aduersarie opinionis sententia liquidò confirmetur: sed dum id frustra expecto, interea Veritas me victum vinctumque, secum in aliam partem abducit.

Hoc igitur ab aduersarijs nunc quæro: Nunquid verisimile sit hos sanctos & antiquos Patres, qui de summa Regum & Imperatorum potestate impunitateq; scripserunt, adeo negligentes fuisse, vt per incuriam non admonuerint sui seculi Principes huius Pontificiæ potestatis temporalis, aut eam admonitionem tabulis consignatam non reliquerint: quò Principes non solum occulta Dei iudicia extimescant, sed etiam Ecclesiasticam & Pontificalem iurisdictionem temporalem, per quam deijci loco possint, quoties id Ecclesia, vel eius caput Papa, è religione atq; è republica esse putauerit? Certè id fuisse,

im
luisse, si
Principes
persuader
ralibus in
& inficis
eam potest
runt? And
numos, vt
are non su
Patribus
nunc no
authori
stremis
summo
tam pop
nouum iu

P Rior
fario
stendi, E
stantum,
cipis Her
detrimen
æquet
ricum

Iuisse, si verum erat, fallere fuit Reges & Principes, quibus literis & prædicationibus persuaserant, eos posse à solo Deo in temporalibus iudicari. An fingemus ignaros adeò & inscios fuisse authoritatis Ecclesiæ, vt talem potestate præditam esse non intellexerint? An deniq; adeo meticulosos & pusillanimos, vt quod scirent, id Principibus nunciare non sint ausi? Si nihil horum prifeis illis Patribus imputari potest, cur aliam, quæso, nunc nouam potestatem, nullâ certâ neque authoritate neq; ratione fundatam, sed postremis seculis ab hominibus quibusdam summo Pontifici misere addictis excogitam populoq; obtrusam amplectamur, & nouum iugum Principibus imponamus?

C A P. IX.

PRiorem partem secundæ rationis aduersariorum falsissimam esse iam planè ostendi, *Ecclesiam scilicet, ideo tolerasse Constantium, Iulianum, Valentem, & ceteros Principes Hereticos, quia non potuit eos sine populi detrimento coercere.* Posterio rem partem nunc æquè falsam esse demonstrabo, nempe *Henricum IV. Imperatorem, & alios Principes*
in

in quos posteriores Pontifices ius sibi temporale arrogarunt, potuisse ab Ecclesia sine populi detrimento coerceri. Quod priusquam aggrediar, obsecro atq; obtestor non modò lectorem beneuolum, sed ipsosmet aduersarios, vt quæstione pertractata perpendant animo, & temperatè, ac syncerè æstiment, an non facilius Ecclesiæ fuerit in primos istos Principes, supradictis modis & medijs animaduertere, quàm dictum Henricum quartum per Rudolfum Sueuum, vel Philippum Pulchrum per Albertum Austriacum in ordinem cogere? quorum alter Papæ arrogantiam risit & repressit: ^a alter verò æmulum & aduersarium sibi à Pontifice datum, post varias vario Marte dimicationes, postremo tandem prælio confecit. ^b & Papam, à quo fuit excommunicatus, Româ eiectum perpetuo exilio multauit.

Quanto cum populi detrimento Papa temporalem illam in Henricum IV. potestatem exercere conatus sit, testatur Otto Frisingensis (quem Bellarminus & genere, & eruditione, & vitæ probitate nobilissimum meritò vocat ^c) qui de excommunicatione & depositione dicti Henrici facta à Gregorio VII. sic scribit. ^d *Lego & relego Romano-*

^a Philippus Pulcher, anthores Platin. Gaguin. & alij.
^b Marian. Scotus in Chronico an. 1080.

^c Lib. I. cap. 4. de translat. Imp. & li. 4. de Roman. Pont. ca. 13.
^d Lib. 6. Chro. ca. 35.

rum R
inuent
Pontif
tum:
ducit,
mano
Theode
cadem
anima
fiteri
plum
de e:
at sa
nat. L
bit: L
difer
ra Rom
Papam
tadet
ta, tot
huius
persec
nitate
ceret
afflic
com
rius

rum Regum & Imperatorum gesta, & nusquā
 inuenio quenquam eorum ante hunc à Romano
 Pontifice excommunicatum, vel regno priua-
 tum: nisi fortè quis pro anathemate habendum
 ducat, quod Philippus ad breue tempus à Ro-
 mano Episcopo inter penitentes collocatus, &
 Theodosius à beato Ambrosio propter cruentam
 cædem, à liminibus Ecclesiæ sequestratus sit. vbi
 animaduertendum est, Ottonem planè pro-
 fiteri se nullum de priuatione regni exem-
 plum præcedentibus seculis inuenire; licet
 de excommunicatione duo ista, si non vera
 at saltem verorum speciem habentia propo-
 nat. Deinde verò paucis interiectis sic scri-
 bit: *Quanta autem mala, quot bella, bellorumq̄*
discrimina inde subsequuta sunt: quoties mise-
ra Roma obsessa, capta, vastata, quod Papa super
Papam, sicut Rex super Regem positus fuerit,
tædet memorare. Deniq̄ tot mala, tot schisma-
ta, tot tam animarum quàm corporum pericula,
huius tempestatis turbo inuoluit, vt solus ex
persecutionis immanitate, ac temporis diurt-
nitate, ad humane miserie infelicitatem suffi-
ceret comprobendam. Vnde à quodam Ecclesi-
astico scriptore densissimis Ægypti tenebris
comparatur. Prædictus enim Pontifex Grego-
rius à Rege vrbe pellitur, Gibertusq̄ Rauenna-
tensis

Cap. 36.
 sue vit.



*tenſis Episcopus in locū eius ſubtruditur. Por-
rò Gregorius Salerni manens, appropinquante
vocationis ſua tempore, dixiſſe fertur. Dilexi
iuſtitiam & odi iniquitatem, propterea morior
in exilio. Quia ergo in Principe ſuo regnum ab
Eccleſia præciſum grauitèr percuſſum fuit, Ec-
cleſia quoq; tãto Paſtore, qui inter omnes ſacer-
dotes & Romanos Pontifices præcipui zeli ac
authoritatis erat, orbata dolorem non modicum
habuit.*

Hocine eſt Principem ſine populi de-
trimento coërcere? Qui ſcribunt Roma-
num Pontificem (quem Eccleſiæ nomine
intelligunt) non toleraſſe hunc Imperato-
rem, quia poterat eum ſine populi detri-
mento coërcere, aut hunc authorem non
legerint, aut nominis & exiſtimationis ſuæ
curam nullam gerant, neceſſe eſt; qui tam
manifeſto mendacio ſe implicant. Si hoc
prius ignorabant, diſcant nunc ſaltem ex hoc
ſcriptore grauiffimo, falſum id eſſe quod pro
vero inſcienter proponunt: & cogitent ve-
lim, candideque iudicent, an non fatius fu-
iſſet Gregorium Papam vitia & mores deſ-
peratos Henrici, inſtar Conſtantij, Iuliani,
Valentis, & aliorum Imperatorum Eccleſi-
am vexantium perferre, ac Dei bonitatem
lachrimis

in
lachrymis &
teritu exora
des, tot pop
tot in ſedem
Pontifices b
diancum tot
inſolente &
no excitare
magno Ecc
ri poteſt vt
us (Deus d
poteſt, vt
ni, & qui
humano,
ſanè non er
candi Impe
alterius ſub
eum regni i
niſſet, quom
Ottone rela
Petra dedit
Conſtat au
voluntate ſi
zto, etiam
zur, Noſtes,
occidit. Ege
ciendi acc

lachrymis & precibus pro eius salute vel in-
teritu exorare, quàm tot schismata & cæ-
des, tot populorum & urbium direptiones,
tot in sedem Apostolicam contumelias, in
Pontifices bella, aliasque furibundas tragœ-
dias cum totius populi pernicie, vno facto
insolente & inaudito, minimeque necessa-
rio excitare, excitatasque annos plures
magno Ecclesiæ malo alere & fouere? Fie-
ri potest vt bono id animo fecerit Gregori-
us (Deus de intentione iudicet) At fieri non
potest, vt rectè, prudenter, & ex officio fece-
rit, & quin largiter errauerit, more & consilio
humano, cum id sibi tribueret quod suum
sanè non erat; deponendi scilicet & abdi-
candi Imperatoris munus, inq; eius locum
alterius substituendi potestatem; ac si ad
eum regni illius humani dominium perti-
nuisset. quod satis versiculus ille indicat ab
Ottone relatus, & à nobis supra transcriptus.
Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.
Constat autem non semper rectè, & ex Dei
voluntate fieri, quod pietatis feruore & bono
zelo, etiam à viris ceteroquin optimis, agi-
tur. Moyfes, dum Hebræi defendendi zelo
occidit Ægyptium, peccauit. Oza zelo ful-
ciendi arcam Domini nutantem, eam teti-
git



git & interijt. Petrus zelo tuendi Dominum & Magistrum, Malcho auriculam abscidit, & reprehensus est. Hinc D. Ambrosius ad Theodosium. ^f *Novi tepium, clementem, mittem atque tranquillum, fidem ac timorem Domini cordi habentem: sed plerumque aliquanos fallunt. Habent aliqui zelum Dei, sed non secundum scientiam* ^s. zelus inconsideratus non rarè ad scelus impellit.

Culpa igitur Gregorij Papæ mihi per magna in hoc negotio videtur, quod non animaduerterit ad supremi Pastoris officium pertinere, vnus facinus impunitum potius relinquere, quàm eius vindicandi desiderio innocentem atque innoxiam multitudinem periculo inuoluere. Ac proinde ne excommunicare quidè Imperatorem illum debuit, in cuius sceleris societatem tantus hominum numerus coierat, vt separari sine schismate, & vnitatis Ecclesiæ dissolutione nequiret. Id multis antè seculis, magnum Ecclesiæ lumen Augustinus sanctè & sapienter admonuit, ^h atque ex Apostoli Pauli scriptis luculenter comprobauit: cuius sententiam Ecclesia adeo gratam & ratam habet, vt eam in Canones retulerit ⁱ: digna ergo quam huc transcribam, & quæ non a-

tramento

^h Lib. 3.
cap. 2. contra
epist. Parmeniani.
ⁱ Can. non
poreff. 23.
9.4.

^f Lib. 5.
epist. 29.

^s Rom. 10.

in
tramento
sed filice ve
us & diuina
inquit, esse
cum ille
tudinem. C
occurrit;
lor & gemit
cheli sancto
rum vastati
colligere
nec per d
sed per t
menta num
cum iam mu
uria, & for
Corinthios i
fidem precep
rent. Multi
ⁱ Si quis fr
la seruens
iusmodi nec
ait, Ne ite
me Deus &
cauerunt, &
immanit
gesserunt:

tramento sed auro, nec in charta peritura
sed filice vel adamante, aut siquid illis duri-
us & diuturnius est, exaretur. *Non potest,*
inquit, *esse salubris à multis correptio, nisi*
cùm ille corripitur qui non habet sociam multi-
tudinem. Cùm verò idem morbus plurimos
occupauerit; nihil aliud bonis restat quàm do-
lor & gemitus, ut per illud signum quod Eze-
chieli sancto reuelatur ^k, *illasi euadere ab illo-* ^k *rum vastatione mereantur. Ne cùm voluerint*
colligere zizania, eradicent simul & triticum:
nec per diligentiam segetem Domini purgent,
sed per temeritatem ipsi potius inter purga-
menta numerentur. Ideoque idem Apostolus
cùm iam multos comperisset, & immundos lux-
uria, & fornicationibus inquinatos, ad eosdem
Corinthios in secunda epistola scribens, non i-
tidem praecepit ut cum talibus nec cibum sume-
rent. Multi enim erant, nec dici de his poterat,
^l *Si quis frater nominatur fornicator, aut ido-* ^l *lis seruiens, aut auarus, aut aliquid tale, cum e-*
iusmodi nec cibum quidem simul sumere: sed ^l *ait, m* ^m *Ne iterum cùm venero ad vos, humiliet* ^m *me Deus, & lugeam multos ex ijs qui antè pec-*
cauerunt, & non egerunt panitentiam super
immunditia & luxuria & fornicatione quam
gesserunt: Per luctum suum potius eos diuino
flagello

^k Ezechiel 9.

^l 1. Corin. 5.

^m 2. Cor. 12.



flagello coercendos minans, quàm per illam correptionem vt cateri ab eorum coniunctione se abstineant. et paulò post, reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinae seuera misericordia necessaria est.ⁿ nam consilia separationis (hoc est excommunicati-
onis) & inania sunt, & perniciofa atque sacrilega: quia & impia & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigunt animos malos.

Id est, totum diuino iudicio & ultioni relinquendū est.

Hæc cum ita sint, nemo vt arbitror, ex collatione doctrinæ S. Augustini, quæ & Ecclesiæ est, cum gestis à Gregorio in Henricum, non perspicuè cernet, Papam magnopere errasse, qui Imperatorem, cuius partes ingens Clericorum & laicorum multitudo sequebatur, cum manifesto maximi schismatis periculo excommunicauerit: multoq; amplius, cum eum Imperij iure (in quod ipsemet Pontifex ius nullum habebat) odiosa sententia mixus est spoliare: vt mirum non sit si (quod Sigebertus scribit) eundem Gregorium paulò ante mortem penituerit omnium quæ aduersus Imperatorem gesserat.

Libet Sigeberti locum referre, quòd non suam ipsius opinionem aduersarijs suspectam,

am, eò q
historica
contineat
& Grego
lam mori
lunus eos
essit, quo
dus qui &
ad se voc
bus, que
confessu
clesia, s
ad rege
bolo con
concitasse
tum con
Ecclesiæ
nem vitæ
se Angel
cula om
& omni
Clericis
Dederit

RE
Rg

am, eò quòd Henrici partes sequutus sit, sed
 historicam narrationem alterius auctoris
 contineat. *Hildebrandus Papa*, inquit, ^{o In Chro-} qui
 & *Gregorius septimus*, apud *Salernum* exu- ^{negraph.}
 lans moritur. De hoc ita scriptum reperi. ^{an. 1089e} *Va-*
lumus vos scire qui Ecclesiastica cura solliciti
estis, quod Dominus Apostolicus Hildebran-
dus qui & Gregorius, nunc in extremis positus
ad se vocavit unum de duodecim Cardinali-
bus, quem multum diligebat præ cæteris, &
confessus est Deo, & sancto Petro, & toti Ec-
clesiæ, se valde peccasse in Pastoralis cura, quæ ei
ad regendum commissa erat, & suadente dia-
bolo contra humanum genus iram & odium
concitasse.——Tunc demum misit prædi-
ctum confessorem ad Imperatorem & ad totam
Ecclesiam, ut optaret illi indulgentiam, quia fi-
nem vitæ suæ aspiciebat, & tam citò induebat
se Angelicæ vestis, & dimisit ac dissoluit vin-
cula omnium hannonum suorum Imperatori,
& omni populo Christiano, viuis & defunctis,
Clericis & Laicis, & iussit suos abire de domo
Deoderici, & amicos Imperatoris ascendere.

CAP. X.

R Edeo nuñc ad Episcopũ Frisingensem,
 genere, pietate, & eruditione, vti dixi-
 mus,

F

mus,

mus, nobilissimum, atque harum rerum testem penè oculatum. Is cum in loco à nobis producto, tum in alijs, non obscurè indicat non probari a se decretum illud Papæ de abdicando Imperatore, sed nouum, insolens, atque iniustum videri. Nam primùm quod ad facti illius nouitatem & insolentiam, sic scribit, *lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum gesta, & nusquam inuenio quemquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum, vel regno priuatum.* Et rursus libro primo de gestis Friderici^a; *Gregorius septimus, inquit, qui tunc urbis Romæ pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanquam à suis destitutum, anathematis gladio ferendum decernit. Cuius rei nouitate eò vehementius indignatione motum suscepit Imperium, quò nunquam ante hæc tempora huiusmodi sententiam in Principem Romanorum promulgatam cognouerat. Iniustitiam verò & iniquitatem facti varijs modis declarat. Primùm quod inter mala & damna quæ ex illo Papæ decreto nata sunt, ponat mutationem & deiectionem Papæ & Regis, quod Papa super Papam sicut Rex super Regem positus fuerit, quibus verbis ostendit vtrumque pari iure, seu potius pari iniuria*

Cap. 1.

ria

ria factu
Papam
Rex sup
quod a
&c. id
latum i
isse in P
cullum
cullam
cis. inte
discrim
feri, c
atum e
Præ
Papa In
rectione
cati, ape
cat: que
ricum i
Nam re
sus supe
cum eff
positus e
Rudolf
tempo
fus, qu
Saxon

ria factum esse, vt sicut iniuste Papa super Papam ab Imperatore, ita etiam iniuste Rex super Regem à Papa *positus sit*. Deinde quod ait, *quia ergo in Principe suo regnum, &c.* id quid aliud sonat, quàm propter violatum in Principe Imperium, violatam fuisse in Pontifice Ecclesiam, siue propter percussum regnum in persona Principis, percussam fuisse Ecclesiam in persona Pontificis. inter quæ cum nullum iuris aut iniuriæ discrimen faciat, nec possit vtrumque iuste fieri, consequens est vt vtrumque iniuste factum esse existimet.

Præterea tam defectionem Rudolphi, quem Papa Imperatorem creauerat, quam insurrectionem filij ipsius Henrici excommunicati, aperte & simpliciter rebellionem vocat: quod vtique nunquam dixisset, si Henricum iure priuatum imperio credidisset. Nam rebellium esse non potest, nisi aduersus superiorem, ac proinde nec in Henricum esse potuit, qui, si iuste abdicatus & *depositus est*, amplius superior non erat. De Rudolfo itaque sic scribit^b: *Nec multo post tempore duo præfati duces Guelfo & Rudol-
fus, qua occasione dubium, Principi rebellâtes, Saxonibus iunguntur.* Et mox, *At Romanus*

^b Lib. 1. de
gest. Friede-
rici. cap. 6.

Pontifex Gregorius, qui iam, vt dictum est, Principes aduersus Imperatorem concitabat, omnibus vt alium crearent, latenter & manifestè scribebat. Scire autem hîc obiter oportet, quod ait qua occasione dubium, de priuata occasione intelligendum, cuiusmodi multæ solent inter Magnates & Regem oboriri: vt nostra ætate inter Borbonium & Franciscum Regem, Guysum & Henricum, Auriacum & Philippum: nam vterq; & Guelfo & Rudolphus publicam occasionem prætendebant, nempe efferatos Henrici mores, & quod à Papa excommunicatus esset ac regno depositus; vt scribit Albert. Schafnaburgensis^c, atque ita priuatum odium, vt rebellantibus mos est, prætextu publico velauerunt. De filio autem Noster Episcopus Frisingensis sic loquitur;^d Anno dehinc iterum sequente, natale Domini Moguntia Imperatore celebrante, Henricus filius eius rebellionem contra patrem in Noricis partibus, consilio Theobaldi Marchionis, & Berengarij comitis, sub specie religionis, eò quòd pater eius à Romanis Pontificibus excommunicatus esset, molitur: ascitisq; sibi quibusdam ex Orientali Francia, Alemania, Baioaria, Principibus, Saxoniam terram & gentem contra Regem

^c Dc reb.
German.

^d Lib. 7.
Chron. cap. 8.

i.
Regem fa
hîc duo o
scientia &
rectione.
trem, reb
Henricum
Regem &
excommu
sententiam
nus vigin
dolfus, de
libus in
indicat e
ius abdic
quid statu
rali: ac p
nec iustur
neque Rex
aduersarij
iniuria po
Est & a
quo idiplu
scilicet pe
abdication
emisse. N
Rudolfi g
Regem c

Regem facile animandam ingreditur. Lector hîc duo obseruet. Alterum quod hic author scientia & pietate conspicuus, hanc insurrectionem Henrici filij in Henricum patrem, rebellionem vocet. Alterum, quod Henricum patrem, & hîc & alibi semper, Regem & Imperatorem nominet, quamuis excommunicatus & regno priuatus per sententiam Pontificis, ante annos plus minus viginti quinque fuisset; & primum Rudolphus, deinde Hermannus à Papa & rebellibus in eius locum suffectus. ex quo satis indicat existimare se summum Pontificem ius abdicandi Reges nullum habere, aut aliquid statuendi de ipsorum imperio temporali: ac proinde decretum illud Gregorij nec iustum nec legitimum fuisse: alioquin Rex appellari Henricus, neque eius aduersarij rebelles, sine Romani Pontificis iniuria potuerunt.

Est & alius eiusdem authoris locus, ^e in quo id ipsum manifestius declarat, Papam scilicet per illam excommunicationem & abdicationem nihil iuris regni Henrico ademisse. Nam postquam narrauit Bertolfum Rudolphi generum (quem vt dictum est Papa Regem creauerat) perempto socero, ducam

^e Lib. 1. de
gest. Fride-
rici, cap. 8.



tum Sueuiæ tanquam sibi à Socero concessum usurpasse, & ex altera parte Henricum (Papæ iudicio depositum) concessisse eundem ducatum nobili cuidam Sueuiæ, cui Friderico nomen, qui Bertolfum ad pacis condiciones, & ad *exfestucationem ducatus* adegit, addit. *Bertolfus iste, quamuis in hoc negotio Imperio simul & iustitiæ cesserit, tamen strenuissimus ac fortissimus fuisse traditur.* En vt nihil circuitione vsus, affirmat Imperium & iustitiam ab Henrico stare, in quem Põtifex sententiam depositionis multò antè tulerat; nõ autem à Rudolfo, quamuis Pontificia autoritate ad Regnũ vocato, cũ epigraphicam bis superius relata, *Petra dedit Petro &c.*

Denique cùm seridò dicat & doceat, *Reges nullum præter Deum supra se habere quem metuant.* Nonne hoc ipso satis admonet, nihil iuris temporalis Pontifici Romano esse, vt de ipsorum regnis & imperijs vllò modo disponat? Et verò licet aliud non esset, quo facinus illud Gregorij Pontificis improbetur, sanè tot lugubres & calamitosi euentus, tot funesti ac miserabiles casus, qui ex illa Papæ in Imperatorem tunc primum occupata & usurpata iurisdictione orti, vniuersum Imperium totos viginti quinque annos affligerunt,

affligerunt
te lacerat
decretum
mano in
sanctæ se
ab extra
ne, vel iu
derato p
est Deum
protecto
testatis
miracu
reddid
tantæ r
Ecclesia
miracul
dare vol
Pontific
Apostol
verbis.
Princip
terposit
intellig
re. in te
eius, &
ferre
huius

affixerunt, & Ecclesiam continuo schismate lacerarunt, nobis argumento esse possunt, decretum illud non afflatu diuino, sed humano impetu factum esse: nec ab ordinaria sanctæ sedis Apostolicæ iurisdictione, sed vel ab extraordinaria sedem tenentis ambitione, vel iuris sui ignoratione & zelo inconsiderato processisse. Neque enim verisimile est Deum, qui Iustitiæ author & Ecclesiæ protector est, quique primas spiritualis potestatis Ecclesiæ executiones, præsentibus miraculis & horrendo effectu formidabiles reddidit, non eodem modo primam illam tantæ tamque sublimis authoritatis & iuris Ecclesiæ suæ executionem, singulari aliquo miraculo vel extraordinario auxilio secundare voluisse: cum præsertim tot precibus à Pontifice in auxilium esset vocatus, ipsique Apostoli solennj obsecratione rogati, his verbis. *Agite igitur Apostolorum sanctissimi Principes, & quod dixi vestra autoritate interposita confirmate, ut omnes nunc demum intelligant, si potestis in calo ligare & solvere, in terra quoque Imperia, Regna, Principatus, & quicquid habere mortales possunt, auferre & dare vos posse. Ediscant nunc Reges huius exemplo, & omnes seculi Principes, quid*



in celo positus, quantique apud Deum sitis, ac deinceps timeant sancta Ecclesia mandata contempnere. Hoc autem iudicium citò in Henricum exercete, ut intelligant omnes, iniquitatis filium non fortuito, sed vestra opera è regno cadere. Hoc tamen à vobis optauerim, ut penitentia ductus, in die iudicij vestro rogatu gratiam à Domino consequatur. Actum Romæ Nonis Martij indiçtionis tertia^e. His & similibus precationibus ad Deum & Principes Apostolorum fufis, in què Henricum execrationibus & imprecationibus solemniter coniectis, quis Deum, qui Ecclesiam per beatos suos Apostolos continua protectione custodit non facile passurum se exorari, & primam hanc Pontificis supplicationem in tantæ authoritatis Ecclesiæ manifestandæ exordio non statim fuisse auditurum arbitretur, si talis ad Ecclesiam authoritas pertinuisset? Cùm tamen planè contrà, nihil non infaustum Pontifici, Pontificiæque partis authoribus & fautoribus acciderit, triumphante interim & Imperium tenente Henrico. Nani quod à filio tandem post annos viginti quinque passus est, *sub specie religionis*, ut ait Frisingensis, id parum aut nihil ad hanc rem pertinet: prætextus hic tantum

Platin in
vita huius
Pontif.

tantum f
trios in a
ambitio
multos m
in filios,
dijs sepe
mus: ^bBe
tamalo fu

EXH
non
num, V
quòd su
nec quò
do in ord
ta facili
retes illo
Henricu
schisma
Frideric
Ludovic
& alios
tumidit
uation
resum,

tantum filio pessimo fuit, qui ante diem patrios in annos inquirebat. Vera autem causa, ambitio, & ardens dominandi libido, *que multos mortales falsos fieri subegit.* ^b & patres ^b *Saluf.* in filios, & hos in illos, sæuis & furialibus odijs sæpe armavit, ut vberius alibi ostendimus: ^b *Bellissimè quidam, i patris longior vita malo filio seruitus videtur.* ^b *Lib. 6. de regno. cap. 4. i Gaguin. in vita Ludou. Pij.*

C A P. XI.

EX his, ut opinor, satis patet, Ecclesiam non tolerasse olim Constantium, Iulianum, Valentem, & alios malos Principes, quòd suis tunc copijs & viribus diffideret, nec quòd eos sine magno populi incommodo in ordinem cogere nequiret. Nam re vera facilius, & minore populi detrimento, veteres illos coërcere potuit, quàm non solum Henricum IV. cuius causa tam diuturnum schisma ortum est, sed vel Othonem IV. vel Fridericum II. vel Philippum Pulchrum, vel Ludouicum XII. vel Ioannem Nauarrum, & alios, in quos Pontifices successu rerum tumidi, sententias excommunicationis & priuationis regnorum protulerunt; non ob hæresim, neq; ob malè obitum imperium, neq; ad



ad supplicationem subditorum, sed proprio motu, priuato inquã odio incensi infensiq;. Nõ deniq; quòd status Ecclesię illâ ætate Episcopos magis quàm hoc seculo ad martyrium paratos esse voluerit. Tunc enim Ecclesia tutissimo loco erat, atq; in portu vt dicitur, nauigabat: vtpote fundata iam pridẽ Apostolicis institutis, & satis superq; labore ac sanguine Martyrum stabilita. Quinimo is tunc Ecclesię status erat, vt multò minus quàm hoc tempore Episcopis ad martyrium paratis opus esset: quòd tota tunc multitudo, velut recente Martyrum sanguine aspersa, nihil nisi martyrium redoleret: adeo vt non minus exemplo gregis Pastor, quàm singuli de grege exemplo Pastoris, officij sui commoneretur.

At nunc secus, proh dolor! se res habet: Ecclesia grauissimis tempestatibus agitata est, ac tantum non obruta Hæreticorum impetu, multis eorum ipsorum qui Catholici dici cupiunt ita affectis, vt nec magnas exantlare molestias, nedum exequi mortem, pro vera religione velint: quapropter vt incalescat ille tepor, & homines ad expeditissimam viam & quasi compendiarium salutis excitentur, quis non videt opus esse Episcopis

pis qui ve
& ad mar
surrectione
& semetip
tur? Quis
pietatem
quã Reges
cordiam re
annititur,
rem iudic
Martios,
niam, H
anas, ho
impiẽ &
Hęc cir
patres gra
fontes illos
soli pertul
peremerit
galibus in
eos eiusm
reuerenti
rem in te
mur nece
aduersari
meliore
nus pro

pis qui verbo & exemplo viam monstrant :
& ad martyrium potius, quàm ad arma & in-
surrectiones, in quæ naturâ proclives sumus,
& semetipfos componant & alios adhorten-
tur? Quis non paternam Clementis VIII.
pietatem cum summa prudentiâ coniunctâ,
quâ Reges & Principes Christianos ad con-
cordiam reducere, & in concordia retinere
annititur, infinitis partibus Ecclesiæ vtilio-
rem iudicet, quàm Iulij II. loricati furores
Martios, quibus Italiam, Galliam, Germa-
niam, Hispaniam, cæterasq; gentes Christi-
anas, hostilibus animis inter se committere,
impiè & inhumaniter connitebatur?

Hæc cum ita sint, sane vel priscos Ecclesiæ
patres grauius deliquisse fateamur, quod
fontes illos, & execrâdos fidei desertores, nō
solū pertulerint, & cum faciliè possent, non
peremerint; sed obseruarint comiter, & re-
galibus titulis atq; honoribus dignati sint: vel
eos eiusmodi Principibus pepercisse propter
reuerentiam Maiestatis, & solo Deo inferio-
rem in temporalibus potestatem, arbitre-
mur necesse est: vel certè præter causas ab
aduersarijs redditas, aliam adhuc subesse
meliorè credamus, quàm nemo ipsorū hacten-
us prodidit, nec vt suspicor, vnquā prodet.

Nam

Nam quod quidam seditiosus in opere illo infami quod aduersus Reges scripsit, ^a vt vim superioris obiectionis de antiquorum Patrum tolerantia eludat, *quasi verò*, inquit, *eadem instituenda Ecclesie ratio, atq; instituta esse credenda sit, ac non prius plantari & irrigari vineam, quam incidi oporteat: sed tum demum id potestatis datum est Ecclesie, cum id Propheta impletum est: Erunt Reges nutritij tui, & vultu in terra dimisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* ^b id certe est eiusmodi quod vix responsione dignum putem cum nec authorem ipsum fat quid dicat scire arbitrer. Quid enim? An non putida Ecclesie membra ab eius infantia & primordijs abscindi solebant? An nescit incisionem illam spiritualement, quæ propria Ecclesie est, vnà cum ipsa Ecclesia capisse? Quid Ananias, quid Corinthius, an non ab Ecclesia amputati? Hoc si ignorat, malus Theologus, & peior vitator credendus est: siquidem in plantatione refecat hic etiam quicquid in vite superfluum est & inutile, nec prominere terra putridas aut vitiatas gemmas sinit: mox eam, vbi paululum excreuerit, pampinat, ne infructuosis colibus oneretur. Quod si de incisione corporali intelligat, scire

^a Lib. 3.
cap. 18. de
inst. Henr. 4.
abdicatione.

^b Esaiæ 49.

scire d
non fo
quam
in per
Sed c
brofij
fecte
planta
modè
alicub
inuen
ergo
& al
Cont
phetia
ciden
cet, at
libi fe
ad in
seam

H
pam
potes
marr

scire debet Ecclesiam non nosse sanguinem,
 non solere inquam extremo supplicio quen-
 quam afficere, nisi fortè per miraculum, vt
 in persona Ananiæ & Saphiræ ^c, contingat. ^c Act. 5.
 Sed quid? an Ecclesiam temporibus Am-
 brosij, Hieronymi, Augustini nondum per-
 fectè institutam fuisse retur? aut non satis
 plantatam & irrigatam, vt iam tunc com-
 modè incidi potuerit? Certè B. Augustinus
 alicubi asserit, ^d paucos suo seculo vsquam ^d Tract. 27.
 inueniri qui de Christo malè sentirent. ^e in Ioan.
 Cur ergo Valentem, Valètinianum, Heraclium,
 & alios similes tolerauit Ecclesia? Nam à
 Constantino Magno impletum erat id pro-
 phetiæ quod allegat. At nondum tempus in-
 cidendi vineam Domini. Egregia ratio scili-
 cet, atq; inter alias eius viri ineptias, quas a-
 libi seorsus indicauimus, ^f collocāda. Nunc ^e Lib. 5. &
 ad indirectæ potestatis propugnatores tran- ^f 6. de Regno.
 seamus.

C A P. XII.

HOrum opinionem capite primò & ca-
 pite quinto suprà proposui: ea est, *Pa-
 pam ratione sua spiritualis Monarchiæ habere
 potestatem temporalem indirectè, eamq; sum-
 mam disponendi de temporalibus rebus omni-
 um*

*um Christianorum, & posse mutare regna, & uni auferre atque alteri conferre, si id necessarium sit ad animarum salutem. Cui sententiæ tam multa repugnant, vt eam omnino improbabilem, ne dicam incredibilem, existimem. Nam in primis quid ei magis contrarium, quàm quòd tota antiquitas Christiana semper censuit, Reges solo Deo minores esse, solum Deum iudicem habere, nullis legibus humanis subijci, nullisq; pœnis temporalibus plecti vel coërceri posse, ^a ac proinde quod iuris auctores dixerūt, *Princeps legibus solutus est* ^b, id Græci de legibus pœnibus præcipuè intelligūt; ἡγευ ἀναστίας ἐν νόμοις. id est, videlicet si quid delinquat non punitur. Nihil horum cum aduersariorum opinione potest consistere. Nam si verum est, Papam de Regnis rebusq; Principum secularium posse disponere, & ab ijs sceptrum omnemq; dignitatem auferre, consequitur necessariò Papam Regibus superiorem atq; etiam iudicem in temporalibus esse, ac præterea Reges omnes temporalibus pœnis subijci posse: quod superiori veterum sententiæ ex diametro vt aiunt opponitur. consecutionis necessitas inde patet, quòd qui alium legitimè iudicat, is superior sit eo quem iudicat*

Aduersariorum sententia toti antiquitati ecclesiastica contradicit.

^a *Vide cap. 8.*

^b *L. Princeps. D. de legib.*

in
iudicat ne
habet im
superiore
norum p
easq; gra
Quid c
non habe
Habent 8
queunt. f
superiore
iure tem
enim h
loquar,
periorum
demnare
Regis iud
iudicis ne
relictam
verbis, d
unt, id n
ctum iud
nem acc
net. Car
domini
accepit
le dom
pliciter

iudicat necesse est. (Nam par in parem non habet imperium, & multo minus inferior in superiore) & quod regni priuatio, sicut bonorum publicatio, inter pœnas temporales easq; grauissimas numeranda sit.

^c L. Nam magistratus, D. de recep. qui arbi.

Quid quod ipsi Pontifices fatentur Reges non habere superiorem in temporalibus^d. Habent & non habent, simul vera esse nequeunt. falsum ergo est Reges non habere superiorem in temporalibus, si alius ijs possit iure temporalia auferre alteriq; conferre. si enim hic non sit actus superioritatis, vt ita loquar, non video equidem quid sit esse superiorem: aut si Regem causâ cognitâ condemnare, & regali dignitate multare, non sit Regis iudicem esse; nullam neq; iudicij neq; iudicis notionem à maioribus traditam & relictam esse fatendum est. Nam quod in verbis, *directè & indirectè*, discrimen statuunt, id non ad facultatem iudicandi & effectum iudicij, sed solùm, ad modum & rationem acquirendi tantam potestatem pertinet. Canonistæ enim dicunt Papam directè dominium temporale totius orbis à Christo accepisse. Hi verò negant eum accepisse tale dominium directè, quasi dicas per se, simpliciter, & sine alterius rei consideratione; sed

^d Cap. per venerabilem qui fil. sunt legis.

^e Repugnat confessioni Pontificum.



sed tantum indirectè, hoc est per consequentiam, ratione illius potestatis spiritualis quæ directè à Domino accepit. hæc igitur ex verbis istis differentia, ad initium & modum acquirendi temporalem potestatem, non autem ad eius vim & effectum referri debet. Vtrumvis enim dicas, nihil ad Pontificalis iudicij in Reges firmitatem & efficaciam omnino interest: nisi fortè quis dicat Papam, si vir malus fuerit, liberius indirectè quàm directè in Regum corpora & fortunas posse grassari.

Quod si aduersariorum sententiæ locus sit, Reges & Principes Christiani non erunt solum vasalli & clientes Papæ in temporalibus, sed quod vilius est, quasi precario Regna & Principatus ab eo possidebunt. Id facillè ex ipsis aduersariorum principijs sic ostendo. Summus Pontifex potest alicui regnum auferre, & alteri conferre, si id necessarium sit ad animarum salutem: Atqui iudicare & decernere an sit necessarium, pertinet ad eundem Pontificem, de cuius iudicio, æquumne sit an iniquum, nemo potest iudicare: ergo ubi libitum ei erit poterit quemlibet regno priuare, & illud alteri conferre. Propositio in hac ratiocinatione, est ipsamet sen-

^e Can. pæter.
can. aliorum
in. 93.

in
sententia
inter omni
est: nemo
ram anim
vicarium
præmissis
Pontifex
transferre
marum sa
quidem i
mo debe
te situm
adimer
omnes v
Pontifici
lubrico i
ani confi
bere pot
omnibus
rum, q
bitrio i
facilius
statis ex
ties eum
bido, a
cesseri
quam

sententia aduersariorum. Assumptio verò inter omnes Catholicos extra cōtrouersiam est: nemo enim nisi Hæreticus negabit curam animarū ad Petri successorem & Christi vicarium pertinere. Conclusio denique ex præmissis necessariò sequitur; quia si uolet Pontifex Regnum aliquod ab vno in alium transferre, poterit dicere se iudicare ad animarum salutē id esse necessarium: & de eius quidem iudicio, vt dictum est, iudicare nemo debet. Atq; ita semper in eius voluntate situm erit, vtrum velit sceptrā Regibus adimere. quod quid est aliud, quam Reges omnes velut iure precarij regna ad nutum Pontificis auferenda detinere? Ecce quā ^{L.I.D.de} lubrico in loco Reges & Principes Christi-^{precar.} ani consisterent, si verum esset, Papam habere potestatem indirectē disponendi de omnibus rebus temporalibus Christianorum, qui eam potestatem suo semper arbitrio iudicioq; metietur, vt nihil irato illi facilius futurum sit, quā indirectæ potestatis exercendæ causam prætexere, quoties eum aut priuatas iniurias vlciscendi libido, aut ambitiosē dominandi cupiditas incesserit, aut etiam vbi se læsum spretūque, quamuis sine publica offensione, esse credet.

G

Cuius



Cuius rei illustria documenta præbuerunt Bonifacius VIII. & Iulius II. vt alios taceam, cum magno multorum scandalo, conceptum in Reges potentissimos odium, obliqua hac indirectæ potestatis via effundere conarētur. Quod igitur de beneficijs Clericorum tradunt Pontificij iuris interpretes, *omnia scilicet manualia esse respectu Papæ*: idem de Regnis dici posset, si ista ei in Reges potestas temporalis indirectè concedatur, quasi in manu & potestate eius sit, alijs subinde atq; alijs tanquam precario possessoribus ea auferre & conferre. Sed mitto hanc ab incommodo siue absurdo rationem, quæ licet aduersus Bozium & Canonistas nullius sit momenti, quod ipsi id quicquid est incommodi admittant, fateanturq; Reges nihil nisi mandatam à Papa executionem in regnis obtinere, tamen est efficax contra Theologos, & omnes indirectæ potestatis assertores.

Sed & omnis potestas, omneq; dominium & iurisdictio, aut iure diuino acquiritur, aut iure humano: & qui aliquid possidet seu tenet, si neutro horum possideat, iniuste possidet, vt præclare in Donatistas ratiocinatur Augustinus §. Fieri igitur non potest,

§ Tract. 6.

ad cap. 1.

Ioa. can. quo iure dist. 8.

in
potest, vt
porale in R
exerceat,
humano eff
uinis neg; i
tur, qui talem
tamen contr
tias multis
aperte com
dicitur, P
Domino pe
nuntur eo
illis Regen
mi, & Reg
este, & pass
Postremo
iurisdictio ista
sermo, neq;
comprehens
rum quali p
conuetudini
nis & amp
sue occup
Patribus la
rata quid
credendi
aut qua n

potest, vt Papa imperium aliquod temporale in Reges & Principes seculares iuste exerceat, nisi constet id ei iure diuino vel humano esse tributum. At nullus neq; in diuinis neq; in humanis legibus locus reperitur, qui talem illi potestatem conferat. cum tamen contrà, Regum Dominatio & auctoritas multis sacrarum literarum testimonijs apertè commendata sit & probata, vt cum dicitur, *Per me Reges regnant. Data est à Domino potestas vobis. Reges gentium dominantur eorum. Cor Regis in manu Dei. Dabo illis Regem in furore meo. Time Dominum, fili mi, & Regem. Deum time, Regem honorificate,* & passim id genus similia.

Postremò, quandoquidem potestas & iurisdictio ista temporalis Papæ, de qua nobis sermo, neq; expresso Dei verbo in Scripturis comprehensa, neq; ex traditione Apostolorum quasi per manus recepta; neque vsu & consuetudine in Ecclesia per totos mille annos & amplius obseruata, aut ab vllò Pontifice occupata; neque ab antiquis Ecclesiæ Patribus laudata & probata, imò ne memorata quidem inuenitur; quæ nos, obsecro, credendi necessitas, cogat eam admittere? aut qua nobis eam auctoritate persuadeant?



Rationibus, inquit, & exemplis nostra probatur sententia. quàm vellem inquam id verum esse. Sed scire in primis oportet, eas tantum rationes huic ipsorum sententiæ probandæ idoneas esse, ex quibus apodixes & demonstrationes euidentes conficiuntur, quales nemo illorum adhuc attulit, aut vt arbitrator afferre potuit. Nam quod ad probabiles & verisimiles tantum rationes attinet, ex quibus syllogismi Dialectici constant, illarum non ea vis est, vt per eas summum Regibus & Principibus imperium abiudicetur: cum ne quidem in quotidianis minimarum rerum controuersijs aliquid euinci possit, nisi manifestis & euidentibus testimonijs vel testibus res petitoris esse comprobetur. & ideo *actore non probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse praestat, obtinebit.*^h In exemplis autem infirmum atq; inualidum omnino praesidium est, quia quid factum sit tantummodo, non quid fieri debuit, ostendunt: exceptis ijs quæ sacrarum literarum testimonio laudi vel vituperio dantur. Quæ cum ita sint, videamus nunc quibus rationibus sententiam suam aduersarij confirment.

^h L. qui accusare. C. de eden. l. actor. C. de prob. cap. 1. de probat.

N
 pa
 aut arg
 lius con
 larminus
 licet qua
 quàm de
 libus tri
 ambitio
 qui se s
 vniuer
 natione
 sibi traa
 Itaq; pa
 lius ope
 cessu op
 cum Ec
 ordinis
 serio m
 fortè, q
 bitione
 ne ob
 cet. Q
 efficie
 Roma

CAP. XIII.

Nemo omnium, ut antè dixi, Pontificiæ partis, rationes aut diligētius collegit, aut argutius proposuit, aut breuius & subtilius conclusit, quàm insignis Theologus Bellarminus, quem honoris causâ nomino, qui licet quantum honestè potuit, & plus etiam quàm debuit Papæ authoritati in temporalibus tribuit: satisfacere tamen non potuit ambitioni imperiosissimi hominis Sixti V. *qui se supremam in omnes Reges & Principes uniuersa terra, cunctosq; populos, gentes, & nationes non humana sed diuina institutione sibi traditam potestatem obtinere affirmabat.* ^a Itaq; parum abfuit quin omnia Doctoris illius opera, quæ hæresim summo hodie successu oppugnant, Pontificia censura magno cum Ecclesiæ detrimento aboleret. ut illius ordinis patres, cuius tunc erat Bellarminus, seridè mihi narrarunt. Quæ res me reficit, si fortè, quod nolim, Pontifex aliquis pari ambitione præditus, librorum meorum lectione ob similem causam Catholicis interdiceret. Quicquid uolet sanè faciat, at nunquam efficiet, ut ego Catholicam, Apostolicam, & Romanam fidem, in qua à puero ad grauem

^a In Bulla
contra Hen-
ric. III.
Francie
Regem.



hanc senectutem versatus sum, vnquam deseram; aut in alia fidei professione moriar, quam quæ à Pio IV. præscripta est. Rationes igitur ex Bellarmino huc referimus; sunt enim numero quinque, relictis alijs, maximè verò nugis Bozianis, quæ indignæ sunt, in quarum refutatione vir doctus se exerceat.

Prima ratio est, quam his verbis proponit Bellarminus. *Potestas civilis subiecta est potestati spirituali, quando utraque pars est eiusdem Reip. Christianæ: ergo potest Princeps spiritualis imperare Principibus temporalibus, & disponere de temporalibus rebus in ordine ad bonum spirituale. omnis enim superior imperare potest inferiori suo.* Et ne quis fortè rationem hanc eludat per inficiationem propositionis, eam illicò tribus argumentis, siue medijs, vt aiunt, demonstrare conatur, hoc modo.

Quod autem potestas politica, non solum vt Christiana, sed etiam vt politica, sit subiecta Ecclesiastica, vt talis est: primo demonstratur ex finibus vtriusq;. Nam finis temporalis subordinatur fini spirituali, vt patet. quia felicitas temporalis non est absolute vltimus finis, & ideo referri debet in felicitatem æternam: constat autem ex Aristotele lib. 1. Ethic. cap. 1. ita subordi-

subordi
Secur
ci, non
vnam
corpus.
corpore
vnum
tualia pe
à spiritu
Terti
spiritu
ceps t
strana
ergo sig
testatem
Qui
sum in
solido f
bis ob
restat
vraq;
ana: i
spiritu
ralibu
pote
stiar
vtpo

subordinari facultates, ut subordinantur fines.

*Secundo, Reges & Pontifices, Clerici & Lai-
ci, non faciunt duas Respub. sed unam, id est,
unam Ecclesiam. Sumus enim omnes unum
corpus. Rom. 12. & 1. Corinth. 12. at in omni
corpore membra sunt connexa, & dependentia
unum ab alio: non autem rectè asseritur, spiri-
tualia pendere à temporalibus, ergo temporalia
à spiritualibus pendere, illisq; subiciuntur.*

*Tertio, si temporalis administratio impedit
spirituale bonū, omnium iudicio tenetur Prin-
ceps temporalis mutare illum modum admini-
strandī, etiam cum detrimento temporalis boni,
ergo signum est subiectam esse temporalem po-
testatem spirituali. Hæc ille.*

*Quibus ut ordine satisfiat, respondeo, fal-
sum in primis esse, quod pro vero, certo, &
solido fundamento in hac prima ratione no-
bis obtruditur: falsum inquam, civilem po-
testatem subiectam esse spirituali, quando
utraq; pars est eiusdem reipublicæ Christi-
anæ: nisi id ita intelligant, subiectam esse in
spiritualibus, & è diuerso hanc illi in tempo-
ralibus obedire oportere. Siquidem hæ duæ
potestates ita sunt partes reipublicæ Chri-
stianæ, ut neutri in alterum imperium sit,
utpote quæ cum liberæ & sui iuris essent,*

mutuo amore coierunt. Vtraq; ergo alteram in suo ordine & munere *recognoscit* & veneratur, & suam vtraq; functionem arbitrato suo exercet: tantum inter eas conspirans quidam consensus & societas est, ad Christianam Rempub. conseruandam: v-
↳ In Psal. 2. trâq; enim potestate, siue (vt Genebrardi ^b verbis vtar) *utroq; magistratu Ecclesiastico & Politico Ecclesia continetur, munitur, & viget.* ad quam protegendam & sartam testam conseruandam

————— *alterius sic*

Altera poscit opem res, & coniurat amicè,
 Vt quamdiu societatem retinēt, Respublica Christiana innumeris concordia & pacis commodis efflorescat: At vbi coitam dissoluunt, spiritualis quidem potestas, licet diuinâ virtute præstans, imbecillior tamen in oculis hominum & corporalibus auxilijs destituta plerumq; cōtemnitur: temporalis verò quantumuis potens atque fortis, in suam ipsius perniciem per omne scelus & insaniam properat, nimirum caelesti gratia destituta, qua per spiritualis potestatis coitionem fruebatur. Nihil tamen magis potestas Ecclesiastica suas vlscisci iniurias per se, nisi armis spiritualibus, vel potestas temporalis in
 Eccle-

Eccle
 porali
 totlu
 rum n
 riau
 lud est
 stanti
 quit, in
 amatur
 rator
 Papa
 suos,
 nos in
 messē
 states.
 reipub
 plane
 cum et
 singul
 runt, v
 præsta
 inuice
 Eccle
 litica,
 ceder
 societ
 rem A

Ecclesiasticam sœuire, nisi visibilibus & corporalibus telis potest. Cuius rei vtinam non tot luctuosus exemplis & superiorum seculorum monimenta, & nostra nos ætas memoriaque admonerent. Atque hoc nimirum illud est, quod, vt antè dixi, Hofius ad Constantium Arianum. *Neque fas est nobis, inquit, in terris imperium tenere, neq; tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes, Imperator.* & quod D. Bernardus ad Eugenium Papam. *habent hæc infima & terrena iudices suos, Reges & Principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis?* Non sunt igitur hæc potestates, Ecclesiastica & Politica, ita partes reipublicæ Christianæ, vt altera in alteram planè dominetur: sed ita sunt partes, vt quæcùm essent separatae & inter se dissidentes, singulari tandem concordia se coniunxerunt, vt vtraque alteri opem & operam suam præstaret, mutuisque officijs & munijs sese inuicem demererentur. Nec quòd potestas Ecclesiastica sanctior & excellentior sit Politicâ, idcirco hanc illi subiectam esse concedendum est: sed tantùm (vt fit non rarò in societate ciuili) illam digniorem & diuitiorem huic ignobiliori & minus locupleti, ad
vtriusq;

*Lib. I. de
consider.
cap. 6.*



^d Lib. 2. de
liber. Eccle.
facult. cap. 2.

utriusque utilitatem se adiunxisse; ita ut am-
bæ in illa societate liberæ maneat, neutra-
que ab altera ullo modo pendeat. Itaq; per-
bellè in hanc sententiam Driedo^d: *Christus,*
inquit, *utriusq; potestatis officia discreuit, ut*
vna diuinis & spiritualibus rebus atque per-
sonis, altera profanis ac mundanis præsideret.
& mox, *En planè vides Christum discreuisse*
utriusq; potestatis officia. Distinctio igitur Ec-
clesiastica potestatis Papalis à potestate seculari
ac imperiali est de iure diuino facta. & post e-
odem capite, vnde Papa & Imperator sunt in
Ecclesia non tanquam duo rectores summi in-
ter se diuisi, quorum neuter alterum cognoscit,
aut veneratur tanquam superiorem (Nam hic
illum in spiritualibus, hunc ille in tempora-
libus recognoscere ac venerari tanquam su-
periozem debet, & secundum antiquam
glossam in can. Hadrianus. 63. dist. quemad-
modum ille huic in spiritualibus, ita hic illi
in temporalibus pater est) *quia regnum sic*
contra se diuisum desolabitur. Neq; item sunt
tanquam duo iudices subordinati, sic ut alter
suam iurisdictionem accipiat ab altero. Sed sunt
tanquam rectores duo, qui sunt vnius Dei mi-
nistri, diuersis officijs deputati, ita ut Impera-
tor præsit secularibus causis & personis ad pa-
cificum

cificum
sit spiri
charita

Sec

quit,

& Lu

Deus i

Imperiu

Sunt q

magna

gorian

Sunt P

stas: &

de hoc

na non

consulti

tum ab

eius rac

tur; &

ab hac

ordine

que de

siue po

sempe

Iume

tifica

men

ciscum conuictum huius seculi: Papa verò praesit spiritualibus ad lucrum Christianae fidei & charitatis.

Sed & ipsemet Bellarminus ^e. Nota, inquit, quemadmodum non est idem sydus Sol & Luna, & sicut Lunam non instituit Sol, sed Deus: ita quoque non esse idem Pontificatum & Imperium, nec unum ab alio absolute pendere. Sunt quidem Sol & Luna duo luminaria magna^f, quae Pontifex Innocentius per allegoriam interpretatur ^g. *duas dignitates, quae sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas: & illam Soli, hanc Lunae comparat.* Unde hoc modo disputo. Quemadmodum Luna non minus Luna est, nec minus per se consistit, tunc cum à Sole recedit, & mutuum ab eo lumen errans amittit, quam cum eius radijs pleno orbe atque aspectu illustratur; & neutro casu aut hæc ab illo, aut ille ab hac dependet: sed ambo institutionis suae ordinem & modum tenentes, deo mundoque deseruiunt. Sic etiam potestas Regalis siue politica, proprijs subnixta viribus per se semper consistit: & licet magnum quidem lumen ad bene beateque viuendum à Pontificali & spirituali potestate accipiat, tamen eius neque accessu neque recessu vlla

ex

^e Lib. 5 de Rom. Pont. cap. 3.

^f Genes. 1.

^g Cap. solite de maiori. & obediens.



ex parte in sua *ivisiq;* siue essentia mutatur, minuitur vel augetur: multoq; minus aduenienti subijcitur. Superest vt vitia argumentorum, quibus primam istam rationem fulciri Bellarminus putat, singillatim indicemus.

CAP. XIII.

Qvod igitur ad primam attinet, nego constanter talem ordinationem vel subordinationem finium harum potestatum esse, quatenus ipsæ potestates tales sunt. Nam finis Politicæ seu ciuilibus potestatis, quatenus politica est, nihil aliud absolute complectitur quàm felicitatem temporalem, commune scilicet bonum, & vitæ de-gendæ ordinatam tranquillitatem, vt ipsemet alibi Bellarminus fatetur. *Politica potestas, inquit, habet suos Principes, leges, iudicia &c. & similiter Ecclesiastica suos Episcopos, Canones, iudicia. Illa habet pro fine temporalem pacem; ista salutem aternam.* Nec vterius progreditur hæc potestas ciuilibus, nullumque alium in finem refertur, vt talis est. Nam quod ad æternam felicitatem aspirat, id non à seipsa habet: non, inquam, quatenus politica

politica
conatu
ue ecc
filijs a
pulis &
stas seu
nullam
notione
Apost
& omni
quillan
tate: v
guber
stianæ
verbo c
human
tellectu
rationis
est; se
pit, du
action
finem
atam, c
& fini
ris ve
super
ipsa en

politica est, eò tanquam in vltimum scopum conatus suos dirigit: sed quà spiritualis, siue ecclesiasticæ potestatis societate & consilij adiuuatur. vt patet ex innumeris populis & ciuitatibus, apud quos ciuilis potestas seuerè viguit, licet exiguam vel planè nullam æternæ felicitatis, de qua loquimur, notionem habuerint. Hoc etiam indicat Apostolus ^a, cùm iubeat orare pro Regibus, ^a *1. ad Ti. moth. 2.* & omnibus qui in sublimitate sunt, *vt tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate*: tranquillitatem vitæ nimirum politicæ gubernationi, pietatem & castitatem Christianæ disciplinæ adscribens. Itaque, vt vno verbo dicam, sciendum est fines actionum humanarum in intentione esse, & non in intellectu, id est, non quod intellectus discursu rationis excogitare potest, id finis actionis est; sed quod voluntas agendo consequi cupit, dum animus actionem meditatur, id actionis finis est. Vnde Nauarrus ^b rectè ait, ^b *1. de re leg. cap. nouit. num. 90. de indic.* *finem potestatis laicæ esse vitam bonam, beatam, & quietam temporalem mortalium, quæ & finis est legum ab ipsa emanantium. Potestatis verò ecclesiasticæ finem esse vitam æternam supernaturalem: eandemq; esse finem legum ab ipsa emanantium.* Prosequeretur hæc pluribus,



ni rem acutis hominibus, vel ex ipsa Philo-
sophia satis perspectam iudicarem.

Secundum verò argumentum vsque adeo
friuolum est & fallax, vt nihil infeitius dici,
aut vitiôsius colligi possit, quàm quod eo
concluditur. Ecqua enim anus tam excors
est, vt nesciat non valere hanc consequuti-
onem, *Sunt membra vnius corporis; ergo v-*
nam ab alio pendet. Nam neque pes à pede;
neque brachium à brachio, neque humerus
ab humero pendet, sed alicui tertio & me-
dio connexa sunt per se, vel per alia mem-
bra quibus adhærent. An non eadem ratio-
cinandi forma, & eodem planè argumento
colligitur: brachia vniuscuiusque hominis
sunt membra vnius corporis: *at in omni cor-*
pore membra sunt connexa & dependentia
vnum ab alio: non autem rectè asseritur dex-
trum pendere à sinistro: ergo sinistrum cu-
iuslibet hominis brachium pendet à dextro,
eique subijcitur? Quis eiusmodi argu-
menta futilitatis plena non rideat? Ego mi-
seras istas demōstrationes odi, quæ rem qua
de agitur argutijs, præstigijs, & captionibus
intoluunt potius, quàm explanant. Vt enim
brachia ad humeros, & humeri ad collum
& caput annectuntur: nec dextrum brachi-
um,

um, dext
subijcti
ralis, si
membra
tes vnius
ana, neut
que alteri
lere potes
corporis
annectun
vita de
humana
subditi
tatis &
supernat
quillitat
mos hom
bus sequ
eadem
alteri, q
nisi hoc
doctrin
tertio d
gas Sy
refuta
respon
citra p

um, dexteræ humerus, sinistro, vel contrâ,
subijcitur: ita potestas spiritalis & tempo-
ralis, siue Ecclesiastica & Politica, licet
membra sint vnius corporis politici, & par-
tes vnius Reipublicæ atq; Ecclesiæ Christi-
anæ, neutra tamen alteri subijcitur, neutra-
que alterius fines & iurisdictionem sine sce-
lere potest inuadere: sed ambæ, velut vnius
corporis humeri, ad caput qui Christus est
annectuntur. quarum hæc, Politica scilicet,
vitæ degendæ præcepta, quibus societatis
humanæ tranquillitas continetur, ciuibus &
subditis præscribit: illa verò ad immortali-
tatis & felicitatis æternæ contemplationem
supernaturalem (quæ & cum politica tran-
quillitate, & sine ea interdum subsistit) ani-
mos hominum erigit informatq; . ex qui-
bus sequitur separatas esse has potestates in
eadem Republica Christiana, ita vt neutra
alteri, quatenus talis est, subijciatur. Et verò
nisi hoc ipse Bellarminus fateatur, sua cum
doctrina alibi tradita redarguet. Nam libro
tertio de Romano Pontifice, cap. 19. vbi nu-
gas Synodi Smalchaldicæ Lutheranorum
refutat, atque ad illud eorum argumentum
respondet, quo dicunt *Papam se Deum facere
sùm nolit ab Ecclesia aut ab ullo iudicari.*
ostendit



ostendit vitiosam esse consequentiam, argu-
 mento ducto à Regibus, qui & ipsi quoque
 nullum in terris Iudicem habent quantum
 ad temporalia. *Reges terra, inquit, certè Iu-
 dicem in terris quo ad res politicas attinet
 nullum agnoscunt: Num igitur tot erunt Dij
 quot sunt Reges?* Quid aliud est quæso Re-
 ges non habere iudicem in terris, *quo ad res
 politicas*, quàm quod nos contendimus, se-
 paratam esse potestatem Politicam ab Ec-
 clesiastica, & de illa summum Pontificem
 nullo modo disponere vel iudicare posse?
 Nam si posset, certè aut Reges haberent iu-
 dicem in terris etiam *quo ad res politicas*, aut
 Papa semper in cælestibus habitaret. Fieri
 ergo non potest quin Bellarminus aut à se-
 ipso dissideat, aut immemoriâ lapsus sit, aut,
 quod non credo, veritatem variare studeat,
 cum alibi assumat pro certo & concesso,
 Reges nullum habere iudicem in terris quo
 ad res politicas; alibi verò Regibus & Prin-
 cipibus omnibus iudicem ferat Pontificem,
 qui eos iudicare & deponere, ac de regnis
 rebusque ipsorum omnibus arbitrato suo
 disponere possit. Nam quod in verbis istis,
directè & indirectè, discrimen statuit, id ad
 formam & modum procedendi tantum spe-
 ctat,

Stat, no
 semper
 cem in
 pa quoc
 in temp
 rest ad m
 pa iudica
 rectè id
 apolitar
 nus seu
 verò in
 cliente
 que ser
 quidem
 tertium
 Tert
 stum sit,
 ligi ab a
 sit subie
 tuali. Su
 tantum
 sed an
 Ad argu
 do con
 sit, Pr
 regim
 spiritua

Stat, non autem ad vim & effectum iudicij :
 semper enim verum est, cum habere iudi-
 cem in terris quo ad temporalia, quem Pa-
 pa quoquo modo, seu directè seu indirectè,
 in temporalibus iudicat. Et verò quid inte-
 rest ad miseriam & calamitatem Regis à Pa-
 pa iudicati & regno priuati, vtrum Papa di-
 rectè id fecerit, veluti si in Siculum aut Ne-
 apolitanū Regem, tanquam directus domi-
 nus feudi in vasallum, sententiam ferat : an
 verò indirectè, vt in Reges alios, qui ei nullo
 clientelari iure subiecti sunt; si modò vtram-
 que sententiam par poena sequatur ? Et hæc
 quidem de secundo argumento satis. Nunc
 tertium quàm vim habeat dispiciamus.

Tertium igitur argumentum quàm suble-
 stum sit, vel ex eo patet, quod nihil inde col-
 ligi ab authore potuerit, quàm quòd *signum*
sit subiectam esse temporalem potestatem spiri-
tuali. Suscepit rem demonstrandam, & signum
 tantum profert, & illud quidem non *τεκμήριον*,
 sed *ειδος*, quod sæpe nos falso iudicio decipit.
 Ad argumentum igitur respondetur, negan-
 do consequentiam. Quamuis enim verum
 sit, Principem temporalem teneri mutare
 regiminis modum, si eo impediatur bonum
 spirituale : non tamen inde efficitur necessa-



ria consequutione, subiectam esse tempora-
lem potestatem spiritali: sed hoc tantum,
spirituale bonum temporali bono esse præ-
stantius, quod verum est, & nos fatemur. Non
enim si vnum alio dignius est, protinus con-
sequitur minus dignum à magis digno pen-
dere, eiq; substerni. Possunt namq; generi-
bus siue ordinibus adeo diuersis contineri,
vt neutrum ab altero pendeat, aut subiecti-
onis vinculo teneatur. Concedimus itaq;
Principem in casu proposito mutare debere
formam politicæ administrationis; & vt id
faciat, ab Ecclesia, vel eius capite & summo
Pastore in terris Papa, cogi posse: sed pœnis
tantum spiritalibus, quarum metus viro bo-
no quibuscunque supplicijs grauior est (nam
vel Ethnico teste, *metus diuini supplicij mul-
tos à scelerereuocauit*) non autem pœnis tem-
poralibus, qualis est bonorum amissio, reg-
niq; priuatio, cum Princeps in temporalibus
nullum superiorem agnoscat. Itaque quan-
tum ad has pœnas attinet, diuino iudicio &
vltioni relinquendus est. Hinc Isidorus, cuius
sententia inter Canones refertur, *d Sine au-
geatur pax & disciplina Ecclesia per fideles
Principes, siue soluatur, ille ab ijs ratione exiget,
qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit.*

¶ Cic. lib. 2.
de legib.

¶ 23. q. 5.
san. Princi-
pes in f.

CAP.

CAP. XV.

ET si postremum istud argumentum per
 ea qua diximus iam satis eneruatum est,
 opera pretium tamen erit adhuc longius
 excurrere, & totum animi nostri sensum de
 ea re vberius explicare. Sciendum igitur, sic
 nos statueret, Reges, & Principes omnes chri-
 stianos, quæ Ecclesiæ filij sunt, Ecclesiasticæ
 potestati esse subiectos, eique, quoties spiri-
 tualia imperat parere debere: quod ni fax-
 int, Ecclesia, pro suo in illos imperio & iuris-
 dictione, animaduertere in eos Ecclesiasti-
 cis censuris, & ancipiti spiritus gladio potest
 (licet non semper debeat vt superius osten-
 di^a) sed eo solo gladio, non etiam visibili &
 temporali: quoniam hic politicæ tantum &
 seculari potestati cõmissus est. vnde quoties
 gladij temporalis auxilio spiritualis potestas
 indiget, fidem atq; amicitia solet societ̃ civilis
 potestatis implorare. E cõtrariò autẽ Princi-
 pes & Prælatos Ecclesiasticos Principibus
 politicis in tẽporalibus esse subiectos, & non
 secus obedire debere in omnibus quæ ad po-
 liticã dispensationem pertinent, quàm hi illis
 spiritualia imperantibus parere tenentur:

H 2 dummodo



dummodo talia sint, quæ neque fidei Catho-
licæ neque bonis moribus aduerfentur.
Quin imo nec ipsummet summū Pontificem
aliâ ratione ab hac temporali subiectione
excludi, quàm quòd Regum beneficio Rex
ipfe factus fit, Princeps inquam politicus,
neminem in temporalibus superiorem ag-
noscens, idque fatetur acerrimus ille iurisdic-
tionis Ecclesiasticæ assertor, quem plerique
Bellarminum esse affirmant, in sua responsi-
one ad præcipua capita Apologia & c.^b Genera-
lis, inquit, & verissima est illa sententia, de-
bere omnes omnino superiori potestati obtem-
perare. Sed quia potestas est duplex, spiritualis
& temporalis, Ecclesiastica & Politica, quarū
altera Episcoporum altera Regum est: Episcopi
Regibus in temporalibus rebus, & Reges Epi-
scopis in spiritualibus subiecti esse debebunt,
vt copiosè disputant Gelasius primus in epist.
ad Anastasium, & Nicolaus primus in epist. ad
Michaelem. quoniam verò Roman. Episcopus
non modò summus est Princeps Ecclesiasticus,
cui omnes Christiani diuino iure subijciuntur,
sed est quoq; in suis prouincijs Princeps tempo-
ralis; neque vllum in temporalibus superio-
rem agnoscit, vt neque reliqui absoluti ac su-
premi Principes in suis regnis & ditionibus,
inde

^d Pag. 114.

inde fit.
terris h
tifex est
anorum
ratur, se
mini su
ad reipu
spectant
tur, Cle
porali p
vt ipse
addira
quom
partes a
exemp
ne legur
Canonib
cat se n
men ve
causa p
se, vt n
gaude
pum le
stra en
tra ca
H
Laico

inde fit, ut ipse nullam supra se potestatem in terris habeat. Non ergo quia summus Pontifex est, & pater spiritualis omnium Christianorum, ideo à subiectione temporali liberatur, sed quia temporalem principatum nemini subiectum obtinet. In ijs itaque quæ ad reipublicæ salutem, & ciuilem societatem spectant, nec ordinationi diuinæ refragantur, Clerici non minus summo Principi temporali parere, quam ceteri ciues tenentur: ut ipsemet Bellarminus egregiè ostendit, & addita etiam ratione, quia Clerici, præterquam quod Clerici sunt, sunt etiam ciues, & partes quadam reipublicæ politica. Non sunt exempti clerici ullo modo, inquit, ab obligatione legum ciuiliū, quæ non repugnant sacris Canonibus vel officio Clericali. & quamuis dicat se non de obligatione coactiua loqui, tamen veriùs est eos ad obsequium legum ubi causa postulat, à temporali Iudice cogi posse, ut nec in ea re exemptionis suæ beneficio gaudeant, quod ab Imperatorum & Principum legibus eos accepisse satis constat. Frustra enim legum auxilium iauocat qui contra eas committit.

Hinc est, ex hac inquam Clericorum & Laicorum in republica societate, quòd in

H₃

conuentibus

• In lib. de Clericis cap. 28.



conuentibus publicis, Clerici de temporali-
 bus negotijs consulturi, primo post Princi-
 pem loco confidunt. Potestas itaq; spiritua-
 lis (potestatis verbo potestate præditos sig-
 nificari tritum est) politicæ potestati, & hæc
 illi vicissim, pro suo vtraque imperio, impe-
 rat atq; paret. Atq; hoc nimirum est, de quo
 B. Gregorius Pontifex Mauriciū Imperato-
 rem admonet ^{d.} *Sacerdotibus, inquit, non ex
 terrena potestate dominus noster citius indig-
 netur, sed excellenti consideratione, propter e-
 um cuius serui sunt, eis ita dominetur, vt etiam
 debitam reuerentiam impendat.* Dominetur
 nimirum, quatenus ciues sunt, & partes rei-
 publicæ; reuerentiam impendat, quæ Dei sa-
 cerdotes & patres spirituales, quibus ipse Im-
 perator vt Ecclesiæ filius subijcitur. Et has
 quidem inter vtramque potestatem parendi
 imperandiq; vices, Salomon singulari exem-
 plo demonstrauit, ^{e.} qui summum Sacerdo-
 tem Abiatharem capitis reum pronuncia-
 re non timuit, quod coniuranti Adoniæ
 consensisset. Ait enim historia, *Abiathar
 quoq; sacerdoti dixit Rex. Vade in Anathoth ad
 agrum tuum, & quidem vir mortis es: sed ha-
 die te non interficiam, quia portasti Arcam Do-
 mini coram Dauid patre meo, & sustinuisti la-
 borem*

Lib. 4.
 epist. 75.

83. Reg. c. 2.

borem
 Ejecit e
 cerdos
 sibi in
 porali
 teri leg
 impera
 quæ ad
 cerdot

Qu
 Salom
 vt Pr
 tia, e
 aliqua
 turis a
 tur. N
 à Doi
 statis
 trā, S
 Rege
 quod
 exerc
 nus q
 lum
 spirit
 & pe
 legi

borem in omnibus quæ laboravit pater meus.
 Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esses sacerdos Domini. En ut Salomon ostendit ius sibi in sacerdotes ex causa politica & temporali esse: cum tamen satis constet in veteri lege Sacerdotes præfuisse Regibus, eisq; imperare ac resistere solitos, in omnibus quæ ad cultum diuinum & ministerium Sacerdotale pertinebant,

Quod autem Bellarminus contendit ^{f.} ^{Lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 29.} Salomonem non ut Regem hoc fecisse, sed ut Prophetam & executorem Diuinæ iustitiæ, eius ego interpretationis probationem aliquã requiro, cum id neutiquam ex Scripturis appareat: eoq; mera diuinatione nitatur. Nam nulla ibi neq; mandati speciatim à Domino dati, neq; extraordinariæ potestatis Delegatæ mentio fit: quin planè contrà, Salomon ipse apertè satis indicat, se ut Regem, pro ordinaria imperij potestate quod iure regni erat adeptus, iudicium illud exercuisse, hac præfatione usus. *Viuit Dominus qui firmavit me, & collocavit me super solium David patris mei, &c.* Et verò non de re spirituali vel Ecclesiastica, sed de temporali & politico negotio agebatur, cuius iudicem legitimum & ordinarium esse Regem, ut Regem,



gem, Salomon non ignorabat: & ideo non alio iure in Adoniam, alio in Abiatharem sententiam pronunciaſſe legitur. Deinde quod Bellarminus pro interpretationis ſuæ firmamento arripit, verba ſcilicet illa, *ut impleatur ſermo Domini.* &c. leuiſſimum quidem eſt, ne dicam abſurdum. quid hoc enim ad modum implendi pertinet? quis nescit eiuſmodi Scripturæ dictum, tam de eo verificari, quod iure communi & ordinaria potestate perficitur, ut hoc loco; quàm de eo quod vel extra ordinem mirabili quodam euentu, vel per hominum impietatem & tyrannidem completum eſt? Impij cum crucifixiſſent Saluatorem, *diuiferunt veſtimenta eius, ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam,* sive, *ut Scriptura impleretur.* ^h Verba igitur eiuſmodi in Scripturis apponi tantum ſolent, ad prædictionis & prophetiæ veritatem oſtendendam, ut inde argumentum ſumere ad aliud colligendum, planè ridiculum & puerile videatur. Erat quidem eo caſu Salomon executor diuinæ iuſtitiae, nihil moror: erat & Propheta, eſto, quid tum poſtea? At regia tamen authoritate, & iure communi, ne leuiſſima quidè ſpecialis mandati mentione facta, id eum feciſſe legitur.

Nec

^s Mat. 27.
^h Ioan. 19.

Nec vll
ei iurid
iſſe leg
thorem
different
ſas, ſine
voluſſe,
Adoniam
cerdotem
Æquæ
ait, non
ma pot
alis: q
tantum
ales & ad
to ſum
neg; in n
regno, h
ne, ut p
imperat
bus cor
tempor
nem, &
tempor
autem
peſtate
Regibu

Nec vllus in Scripturis locus est, ex quo hanc ei iurisdictionem nominatim mandatam fuisse legamus: verisimile porrò non est, auctorem historiæ diuino spiritu afflatum, tam differentes tantæ rei tantiq; momenti causas, sine vlllo indicio vel admonito præterire voluisse, si Rex alio iure & autoritate in Adoniam laicum, alio in Abiatharem Sacerdotem sententiam protulisset.

Æquè fallitur vir idem doctissimus, ⁱ cum ^{i Eod. lib. & cap.} ait, *non mirum esse si in testamēto veteri, summa potestas fuisset temporalis, in nouo spiritualis: quia in veteri testamento promissiones tantum temporales fuerunt, & in nouo spirituales & æternæ.* Nam neq; in veteri Testamēto summa potestas omnino temporalis fuit, neq; in nouo spiritualis est: sed in suo vtraq; regno, hoc est, in suæ potestatis iurisdictione, vt par est, tunc dominabatur, & adhuc imperat: Iam tunc, inquam, suis ambæ finibus contentæ, alienis abstinebant, vt nec temporalis potestas spirituales iurisdictionem, & Sacerdotale munus; nec spiritualis temporalem pro suo iure inuaderet. ^k Ius ^{k 2. Paralip. 26.} autem quod in Clericos Salomon illa tempestate Principibus competere ostendit, à Regibus in noua lege, & republica Christiana



ana agnitum & retentum est. Inde priuilegia, quæ Principum nonnulli insignes pietate Ecclesiasticis personis concesserunt¹: nam quorsum illis Priuilegia, si iure communi Regibus subiecti non fuissent? quandoquidem communi auxilio, & mero iure munitis exemptisq; nullo priuilegio, vel extraordinario auxilio opus est^m.

¹ *Extant in Cod. & Decret. atque in Hist. Eccles. sacra.*
^m *L. in causa. 16. D. de minor. l. 1. de consuet. Princip. a Tom. 1. Controver. 5. lib. 1. cap. 28.*

Et his quidem consentiunt, quæ ipsemet Bellarminus rectissimè contra Canonistas afferit. ⁿ *Exemptionem nempe Clericorum in rebus politicis, tam quoad personas, quàm quoad bona, iure humano introductam esse, non diuino. idq; confirmat tum autoritate Apostoli (cuius illud, *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, ° tam clericos quàm laicos, teste Chrysostomo includit) tum testimonijs antiquorum Patrum: tum deniq; quod, vt ipse ait, *nullum proferri potest Dei verbum, quo ista exemptio confirmetur.* Adde ego, grauissimum eius rei argumentum esse, quod in florētissimo Ecclesiæ statu, & sub illis Principibus, qui summum Pontificem Pastorem Ecclesiæ vniuersalis, & Christi vicarium agnoscebant, Imperialibus legibus constitutum & obseruatum fuerit, vt Clerici de criminibus ciuilibus responderent*

quædam

in
 derent apu
 condemna
 ti P. Et ven
 non omnia
 rum priuile
 tur, ab iside
 pore, fuisse
 stantius M
 uilegio ind
 ceptionibus
 nati siue e
 rere, aut t
 annonis a
 dis præesse
 re ad ea om
 Anno poste
 tionem mu
 dem Princi
 tet ex illius
 in quibus h
 dit. Ne sci
 rundam à d
 dem norat
 quorundam
 immunitat
 laribus ac
 pijissimus

derent apud iudices seculares, & ab eisdem
condemnarétur, si rei criminis essent inuen-
ti P. Et verò, nequà erremus, sciendum est,
non omnia ista libertatis personarum & re-
rum priuilegia, quibus nunc Clerici fruun-
tur, ab iisdem Principibus, neq; eodem tem-
pore, fuisse concessa. Nam primùm Con-
stantinus Magnus tantùm illis singulari pri-
uilegio indulgit, ne nominationibus & sus-
ceptionibus essent obnoxij, id est, ne nomi-
nati siue electi cogerentur magistratum ge-
rerè, aut tutelam aliquam administrare, vel
annonis aut tributis colligendis & recipien-
dis præesse; cùm antea aliorum ciuium mo-
re ad ea omnia sine excusatione vocarentur.
Anno postea octauo vacationem & excusa-
tionem munerum omnium ciuilium, eius-
dem Principis beneficio acceperunt, vt pa-
tet ex illius Imperatoris constitutionibus. ¶
in quibus hanc priuilegij sui rationem red-
dit. Ne scilicet Clerici *sacrilego liuore quo-*
rundam à diuinis obsequijs auercentur. Et qui-
dem notatu digna res, aduersus ingratam
quorundam Clericorum temeritatem, qui
immunitatis suæ originem Principibus secu-
laribus accepto ferre fastidunt, quòd idem
pijssimus Princeps exemptiones illas priuile-
gia

¶ Nouell. 78
Clerici 83. S.
Si tamen
collat. 6.

¶ L. I. & 2.
Cod. Theod.
de Episc. &
Cleric. li. 16.

gia appellet, ita enim ille. *Hereticorū factio-
ne comperimus Ecclesia Catholica Clericos ita
vexari, ut nominationibus seu susceptionibus
aliquibus, quas publicus mos exposcit, cōtra
indulta sibi priuilegia pragrauentur.* Constan-
tius deinde & Constans, anno circiter trige-
simō sexto à primi priuilegij concessione,
Arbitione & Lolliano Conss. aliud Episco-
pis priuilegium indulserunt, ne de crimini-
bus apud seculares iudices accusarentur. ⁵
Cæteri verò Ecclesiastici ordinis homines,
Episcopis inferiores, Clerici scilicet & Mo-
nachi, sub magistratuum ciuiliū iurisdic-
tione vsq; ad Iustiniani tempora permanse-
runt. ob eamq; causam Leo & Anthemius
Impp. (ante imperium Iustiniani annis plus
minus sexaginta) beneficij loco sanxerunt,
*ne Orthodoxæ fidei sacerdotes & clerici, cuius-
cunque gradus, aut monachi, in causis ciuilibus,
extra prouinciam, aut locum, aut regionem quā
habitant, ex ullius penitus maioris minorisue
sententiā iudicis, pertrahantur; sed apud suos
iudices ordinarios, id est, Prouinciarum recto-
res, omnium contra se agentium excipiant acti-
ones.* en vt isti, admodum pij & Catholici
Principes ordinarios Clericorum & Mona-
chorum Iudices, esse præsides prouinciarum
affir-

5 L. mansue-
tudinis 12.
eod. tit.

in
affirmant
trum Pon
& orthod
eos nimis
asserunt e
risdictione
mas haben
primus fue
politicis r
seculari i
Quæ cũ
cipes sec
præditos
se subiect
tuissent ha
sancti & f
clesiæ con
lutos; à v
beneficij
quippe ef
quibus po
solui enim
colligatū
tatis Prin
diuino C
lari exer
ab Episc

affirmant. quos nemo tamen eius seculi Patrum Pontificumue errare, aut non verè, piè, & orthodoxè loqui professus est. Inde patet eos nimis peruersè de Iustiniano iudicare qui asserunt eum aliquam in Ecclesiasticos iurisdictionem vsurpasse; cùm gratias ei maximas habere debeant, quòd Imperatorum primus fuerit, qui Clericos ante eum diem politicis magistratibus omnino subiectos, seculari iudicio in ciuilibus causis exemit. ^{Dict. No. nell. 83.}
 Quæ cùm ita sint, satis patet Reges & Principes seculares summa potestate temporali præditos, ipsq; Clericos in rebus politicis esse subiectos. Alioqui profectò nec Reges potuissent hæc priuilegia concedere: nec viri sancti & sapientes, ita malè sibi & toti Ecclesiæ consuluissent, vt liberos se suo iure solutosq; à vinculo tēporalis potestatis, talibus beneficijs ac priuilegijs obligari paterentur. quippe esse se in ditione eorum fatebantur à quibus poterant eiusmodi libertate donari. solui enim vel eximi nō potest, quod non fuit colligatū vel cōclusum. Præterea tantæ pietatis Principes toto orbe tunc erant, vt si iure diuino Clericos ab omni iurisdictione seculari exemptos esse, vel per se rescuissent, vel ab Episcopis & Principibus sacerdotum auidiuis



diuissent, id statim in edicta & leges relaturi fuerint, nec sibi ius vllum in ipsorum corpora bonaue vindicaturi. Si enim quæ sua propria credebant, solo pietatis zelo tam profusè largiebantur, quanto magis ab alienis & nullo iure debitis abstinuissent?

Exemptiones ergo & priuilegia, quæ Principes Christiani Ecclesiasticis personis, honestatis & reuerentiæ causa, concesserunt, sat ostendūt, imò conuincunt, eosdem Principes temporali potestate cunctis Sacerdotibus esse maiores: nec summum Pontificem & Principem Sacerdotum, atq; adeo Christi Vicarium, alia ratione eximi, & diuerso iure censerī, quàm quòd ipse Princeps quoq; temporalis sit, & duplicem personam sustineat, successoris nimirum Petri in regimine Ecclesiæ, & Principis secularis in temporali imperio, quod aliorum Principum largitate accepit.

C A P. XVI.

EAdem operâ refelli manifestè potest differentia, quam constituit inter Principes Ethnicos, & Principes Christianos, quantum ad dominationem temporalem in Ecclesiasticos attinet: qui locus præteriri hinc
sine

in
sine vitio
isse sub
Princip
priuat
Christia
peratori
verò cum
sponte le
tanquam
cerunt p
inde ab
ceps de
Max
quæ de
vel ab v
tur, alij
eadem
re: aut
separat
conclu
tore h
cùe de
indefini
cie con
rected
Christ
G. me

sine vitio nequit. Ait enim ^a Pontificem fu-
 isse subiectum *ciuilitate & de facto* Ethnicis
 Principibus, quia *lex Christiana neminem*
priuat suo iure & dominio. sicut ergo ante
Christianam legem homines subiecti erant Im-
peratoribus & Regibus, ita etiam postea. At
verò cum Principes Christiani facti sunt, &
sponte leges Euangelij susceperunt, continuo se,
tanquam oues Pastori, & membra capiti, subie-
cerunt præsidi Ecclesiastica Hierarchia; & pro-
inde ab illo iudicari, non illum iudicare dein-
ceps debent.

Maximum in differendo vitium est, ea
 quæ de vno aliquo certa de causa dicuntur,
 vel ab vno aliquo certa de causa remouen-
 tur, alij planè diuerso ac dissimili, & cui non
 eadem causa cohæret, attribuere, vel eripe-
 re: aut quæ distinctione aliqua secerni ac
 separari debent, ea indistinctè confusèq;
 concludere. Quod vitium quis non in supe-
 riore hac Bellarmini ratiocinatione perspi-
 cuè deprehendat? in qua id generalitèr &
 indefinitè de vtraq; potestatis & iudicij spe-
 cie concluditur, quod de altera tantum verè
 rectèq; dici debuit. Nam quod Principes ad
 Christum conuersi sese *tanquam oues Pastori*
& membra capiti, subiecerunt præsidi Ecclesi-
astica

^a Lib. 2. de
 Roman. Pon-
 tific. cap. 29.



astica Hierarchia, id non nisi de subiectione spirituali intelligi, citra calumniam, potest. Quandoquidem nō alia ratione efficiebantur filij eius & oues, quā quod ab eo spiritu regenerati in Christo Iesu erant, atq; in fide Ecclesiæ gubernati. Proinde in omnibus quæ spiritualis iurisdictionis sunt, verum est eos ab illo, non illum ab ijs debere iudicari. At hæc quid ad ciuile iudicium & temporalem iurisdictionem submissio? Nunquid tam diuersas & separatas species permiscere & confundere oportuit? & quod de altera tantum verum fuit asserere, de vtraq; generaliter & indefinitè pronuntiare? Si dixisset, *ac proinde ab illo iudicari in spiritualibus, non illum iudicare deinceps debent*, rectè sane argumentum concludisset. At illud simpliciter & absolutè, *ab illo eos iudicari posse*, vitiosa collectio est. quippe duplex est iudicij species, quarum alterā tantum possunt Principes à Pontifice iudicari, alterā verò ab ijs iudicaretur ipse, nisi temporale imperium nulli alij subiectum fuisset adeptus. Nunquid veniente ad Ecclesiam Constantino Magno, Imperium Romanum, quod ante baptismum eius erat, in ditionem ac potestatem Siluestri Pontificis ilico transijt? & Imperator tam auidus

uidus gl
se potest
cium G
primus.
amplex
poralem
est illud
tendum e
cum alia
ceat. Re
volet at
ras, &
cum in
los Prim
men dat
summo se
nominati
portet, P
fisse in du
Pontifici
ditione
attinet, p
erant an
tur. Nam
nemine
antequ
de iure

uidus gloriæ temporalem Papæ illius supra se potestatem agnouit? Nunquid aut Francicum Clodouæus, aut Scoticum Donaldus primus, aut alij sua regna, simul atq; fidem amplexi sunt, in manum & potestatem temporalem Pontificis transfulerunt? Scitum est illud Pauli I. C. ^b *ante omnia animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re aliæ persone non* ^b *I. Si vnus* ^c *27. S. ante omnia. D. de fact.* *ceat.* Replicet igitur Bellarminus quantum volet annales omnium nationum; Scripturas, & Historias perlegat, nullum in ijs locum inueniet, ex quo colligi possit, primos illos Principes Christianos cum Ecclesiæ nomen darent scepra submisisse Pontifici, & summo se magistratu temporali specialiter & nominatim abdicasse. At verò constare oportet, Principes scientes prudentes concessisse in ditionem ac potestatem temporalem Pontificis; vel fatendum, ipsos eo iure & conditione, quantum ad regalem dignitatem attinet, post baptismum permanuisse, quo fuerant antequam sacris Christianis initiarentur. Nam, vel ipsomet teste, ^c *lex Christiana* ^c *Lib. 2. de Rom. Pont. c. 29.* *neminem priuat suo iure & dominio.* At verò antequam Christo nomen darent, ciuilitate de iure & de facto, vt ille ait, dominabantur

I

Pon-



Pontifici, & eum iudicare in temporalibus iure poterant: ergo similiter & post baptismum iure potuerunt. Quod si ita est, fieri nullo modo potest, ut ipsi ab illo in temporalibus iudicentur: cum sit impossibile aliquem esse superiorem & inferiorem in eodem potestatis genere, respectu vnus & eiusdem. Verum quidem est, Principes illos Christianos, ob reuerentiam qua non solum solum Pontificem, sed ceteros etiam Episcopos, atq; adeo sacerdotes omnes prosequabantur, id iudicij perarò sibi assumpsisse. Sed hoc voluntatis tantummodo, non etiam potestatis defectum arguit. Quapropter ut Consul, vel Præses, cum se in adoptionem dat, nihil eorum quæ iure magistratus ei competunt, in patris adoptiui familiam & potestatem transfert, vel transferre potest; sed integrè omnia, sibi reseruat: ita Principes cum se initio in adoptionem spiritualem Hierarchæ Ecclesiastico tradiderunt, nihil eorum quæ ad ius regni, & statum publicum civilem pertinebant, amittere illo facto potuerunt: quòd harum potestatum separata natura sit, ut quamuis iugatæ in eadem republica Christiana concinnè apteq; cohæreant; tamen neutra, quæ talis est, alteri

ri subieci
necessari
ri sine alt

Iam v
minus sum
& prætere
tate temp
nullo vel

rum Patru
argumen
lecto ad
dum fun
rum arbit
tentiam, s
fima confu

Filius fa
tum gerat,
tri, in cuius
atq; huma
est parere
in filium p
tui, subieci
tis genere.

sibi in filio
committe
aliquid m
indigna f.

ri subijciatur aut imperet, neutraq; alteram necessario comitet: sed alterutra tum acquiri sine altera, tum amitti vel retineri possit.

Iam verò quoniam eruditissimus Bellarminus similitudinibus plurimum delectatur: & præterea vulgarem istam *de indirecta potestate temporali summi Pontificis* opinionem, nullo vel sacrarum literarum, vel antiquorum Patrum testimonio probat: sed tantum argumentis quibusdam à simili petitis, (sublesto admodum & debili ad demonstrandum fundamento) operæpretium me facturum arbitror, si nostram quoq; de ea re sententiam, similitudine multò accommodatissima confirmauero.

Filius familias, licet militet, vel magistratum gerat, & publica potestate fungatur, patri, in cuius sacris constitutus est, iure diuino atq; humano subijcitur, eiq; quatenus filius est parere debet: ^d & rursum pater, cui hæc ^a *Ephes. 6.* in filium potestas est, ipsi filio, vt *Coloss. 3.* magistratui, subijcitur: alio tamen atq; alio potestatis genere. Alter enim, quæ parens, imperium sibi in filium vendicat, quo delinquentem & ^{l. Si maritus} *pot. S. filius-* ^{7. C. de patr.} *familias* ^{Instit. quib.} *mod. in po-* ^{test. soluta} committentem in leges familiares, aut in se aliquid molientem, aut alioqui filio probò indigna facientem, mulcet, punit, & coercet,



ceat, non iure quidem magistratus, sed auctoritate patriæ potestatis: nec pœnis quibuslibet, sed certis tantum à iure concessis. Itaq; malè meritum exhæredare, domo eijcere, familiæ & adgnationis iure priuare, aliisq; domesticis remedijs coërcere potest. ^{c.} At neq; magistratum ei abrogare, neq; castrensia bona auferre, neq; publico iudicio condemnare, aut multam vel pœnam aliam lege ob scelus debitum irrogare, directè vel indirectè potest: quòd hæc patriæ potestatis modum & iurisdictionem excedant. Alter verò, quamuis filius, & nexu patris detentus, tamen quatenus est magistratus publico cum imperio, in patrem dominatur, eiq; in publicis negotijs potest, atq; etiam in priuatis non domesticis, perinde ac cæteris ciuibus imperare. *Si quis filius familias est, inquit Vlpianus, & magistratum gerat, patrem suum, in cuius est potestate, cogere poterit, suspectam dicentem hereditatem, adire & restituere.* hinc si Consul vel Præses filius familias sit, poterit apud semetipsum vel emancipari, vel in adoptionem dari. ^{s.} Qua de causa pater filio magistratum habenti, haud secus ac si esset extraneus, non solum obedire, sed etiam assurgere tenetur, & eum omni honore atq; cultu

• L. 3. C. de
patr. potest.

¶ L. ill. à quo
13. in fin. D.
ad Sc. Tr. b.

¶ L. 3. D. de
adopt.

in
cultu qui
Eodem
spiritualis
Regibus
fidelibus
Christi in e
causam Re
am commu
bius castig
cere, regn
rest (at qu
anis anim
patriæ po
neq; princ
ralem auser
cere potest,
temporalem
quam talis
& patri illa
fex præditu
bus, officij
paretur. V
fici, & cæte
Regi, & qui
na dispensa
nisi à Deo.
Huc p

cultu qui magistratui debetur venerari. ^{b.} h. Liu lib. 24.
Vaer. Max.
lib. 2. cap. 2.
Plutarc. in
apoth. Rom.
Gell. lib. 2.
cap. 2.

Eodem planè modo summus Pontifex, qui spiritualis omnium Christianorum pater est, Regibus & Principibus, perinde ac cæteris fidelibus, paterna potestate Ecclesiastica, vt Christi in ea re vicarius præsidet: ob eamq; causam Reges, si quid in Deum vel Ecclesiam commiserint, spiritualibus pænis acerbius castigare, & domo atq; familiam Dei eijcere, regniq; cælestis exhæredes facere potest (at quàm timenda & tremenda Christianis animis supplicia?) quòd hæc omnia patriæ potestatis spiritualis propria sint. At neq; principatum & dominationem temporalem auferre, neq; pœnis ciuilibus eos afficere potest, quòd nullam in eos politicam & temporalem iurisdictionem nactus sit, per quam talis animaduersio expediri debeat: & patria illa potestas spiritualis, qua Pontifex præditus est, à politica & temporali finibus, officijs, etiam personis plurimum separetur. Vt enim spirituales Deus Pontifici, & cæteris Sacerdotibus, sic politicam Regi, & qui sub eo sunt magistratibus, æterna dispensatione commisit. *Non est potestas nisi à Deo.* ^{i.}

Huc pertinet antiqua illa glossa, quam

ⁱ Rom. 13.

¶ Lib. 3. de
concord.
cathol. cap. 3.

¶ Cap. 4.

Cardinalis de Cusa ^k scribit fuisse apposi-
tam ad Can. Hadrianus Papa. dist. 63. in quo
Canone traditur Papam cum vniuersa Sy-
nodo cōcessisse Patriciatus dignitatem Ca-
rolo Magno, dicebat enim glossa, Patricium
fuisse patrem Papæ in temporalibus, sicut
Papa eius pater in spiritualibus. Atq; idem
Cardinalis eodem libro, ^l de Germanorum
Imperatorum Electoribus loquens, *Vnde El-
ectores, inquit, qui communi consensu omni-
um Alemanorum, & aliorum qui imperii sub-
iecti erant, tempore secundi Henrici constituti
sunt, radicalem vim habent ab ipsa communi
omnium consensu, qui sibi naturali iure imper-
ratorem constituere poterant; non ab ipso Ro-
mano Pontifice, in cuius potestate non est, dare
cuicunq; provincie per Mundum Regem vel
Imperatorem, ipsa non consentiente. Addit &
alia ibidem Cardinalis ille, magnus quidem
& Theologus & Philosophus, quibus distin-
ctionem nostram confirmat, & Imperatores
ac Reges tum præesse Pontifici, tum subesse
declarat. Atq; hæc de prima ratione Bellar-
mini, & argumentis ad eam demonstnan-
dam adductis.*

C A P.

in
S Equitur
ro conc.
Respublica E
sibi sufficiens
enim sunt om
go debet ha
am ad suam
ria est ad fi
disponendi
qui possent
reticos, & e
potestatem h
lica, quia pe
imderare alte
eam cogere
imo etiam de
instituire. q
re ab eius in
spiritualis r
publica sibi
administrat
alios institu
suum spiritui
Respon

CAP. XVII.

SEquitur secunda, quæ duplici argumen-
 to concluditur. *Secunda ratio*, inquit,
Respublica Ecclesiastica debet esse perfecta, &
sibi sufficiens in ordine ad finem suum. Tales
enim sunt omnes respublicæ bene institutæ. er-
go debet habere omnem potestatem necessari-
am ad suum finem consequendum. sed necessa-
ria est ad finem spiritualem potestas utendi &
disponendi de temporalibus rebus: quia alio-
qui possent mali Principes impunè fouere ha-
reticos, & euertere religionem. igitur & hanc
potestatem habet. Item potest qualibet respub-
lica, quia perfecta & sibi sufficiens esse debet,
imperare alteri rei publicæ non sibi subiectæ, &
eam cogere ad mutandam administrationem,
imò etiam deponere eius Principem, & alium
instituire, quando non potest aliter se defende-
re ab eius iniurijs: ergo multo magis poterit
spiritualis respublica imperare temporali rei-
publicæ sibi subiectæ, & cogere ad mutandam
administrationem, & deponere Principes, atq;
alios instituire, quando aliter non potest bonum
suum spirituale tueri.

Respondeo, tam variè hic peccatum esse,



vt verisimile sit authorem vel hoc totum quicquid est ex alio perfunctoriè & oscitanter trāscripsisse, vel, si totum eius est, non satis eorum quæ prius dixerat meminisse. Nam paulò antè, cùm niteretur alio argumento probare, politicam potestatem esse subiectam Ecclesiasticæ, asseruit has duas potestates esse partes tantum vnus reipublicæ, & tantum vnā Rempublicam constituere. *Prima ratio, inquit, est eiusmodi; potestas civilis subiecta est potestati spirituali, quando vtraque pars est eiusdem reipublicæ Christianæ.* Et iterum, *Secundo Reges & Pontifices, Clerici & Laici, non faciunt duas reipublicas, sed vnā.* At hoc loco transmutat has duas Potestates, in duas Respublicas, quas proinde ita separari ac disiungi oportet, vt Reges & Laici constituent politicam & temporalem Rempublicam; Pontifices & Clerici spirituales siue Ecclesiasticam. quo nihil absurdius, aut minus appositè, quantum ad præsens institutum, dici potest. Nam aut loquitur hîc de potestate Ecclesiastica separata prorsus à potestate civili, vt olim fuit tempore Apostolorum, & nunc est ijs in locis, vbi Christiani inter Ethnicos aut infideles degunt: quo casu satis constat potestatem illam,

lam, si
ille voca
cham, n
ritualis
quòd n
loquitur
Et cum
tunc per
Ecclesiast
sint due
Christi
corpori
met an
Dein
tem scilicet
ralibus r
ritualem
rum aper
fuisse in
ter illas
lerant qu
tentavit
sancto, &
mens tibe
potestas
nendi
rum, no

lam, siue Rempublicam Ecclesiasticam, vt ille vocat, aut eius Principem & Hierarcham, nihil quicquam iuris, ne quidem spiritalis, habere in Principem politicum: quòd neuiquam filius sit Ecclesiæ ^a. Aut loquitur de potestate Ecclesiastica coniuncta cum ciuili, vt in Republica Christiana: & tunc perperam facit duas Respublicas, vnā Ecclesiasticam, & alteram Politicam: cū sint duę tantū potestates vnius Reipublicę Christianę, vniusque Ecclesię & mystici corporis Christi partes & membra, vt ipsemet antea tradidit.

Deinde falsum est quod assumit, potestatem scilicet vtendi & disponendi de temporalibus rebus necessariam esse ad finem spiritualem, &c. Nam ipse Princeps Apostolorum apertè docet, nullum sibi ius eiusmodi fuisse in res temporales Christianorum, præter illas quas ipsi sponte contulerant obtulerantque Ecclesię, cū ait ^b, *Anania cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* Si Apostolis facultas fuisset disponendi de rebus temporalibus Christianorum, non vtique dixisset Petrus, Nonne? &c.

cū



cùm ei statim reponere posset Ananias: imò verò tibi potestas est de rebus meis disponendi, & propterea veritus ne eas mihi fortè ex causa auferres, pretij partem occului. sed quia Ecclesia hanc potestatem non habebat; ipse sine causa erat *Spiritus sancto* mentitus. Quid, quòd ex isto Bellarmini fundamento sequeretur, Ecclesiam *primænam* *sive primitiuam* non habuisse omnem potestatem necessariam ad suum finem consequendum? Nam hac potestate disponendi de rebus temporalibus Christianorum, inuitis dominis, trecenis, & amplius, post Christi passionem annis, sub Ethnicis Principibus agens, omnino caruit: quo tempore tamen infinitam hominum multitudinem, ac penè maximam Orbis partem, Christo nomen dedisse, & multò quàm vnquam seueriorem in Ecclesia disciplinam viguisse, satis constat: vt nefas sit dicere Ecclesiam tunc omnibus medijs necessarijs iuris & facti ad finem suum adipiscendum instructam non fuisse. *opera enim Dei perfecta sunt.* Et verò non mediocrem Christo iniuriam faciat, qui destitutam medijs necessarijs Ecclesiam ab eo relictam, atque Apostolis traditam arbitretur. Quidquid Ecclesiæ necessarium fuit

fuit ad
Christo
dixit, e
poterunt
uersarij
num cor
intelligi
suas palc
finem m
nia & iu
hi Adhe
dentia
gamus
ad exec
am, nunc
ri potest
nus quid
cultatem
malitia
volebat
eos per
tò sciret
imperium
cipes, pu
ad finem
na, cor
possit:

fuit ad suum finem consequendum, id à Christo abundè collatum est Apostolis, cum dixit, *ego dabo vobis os, & sapientiam, cui nō poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.* Quicumque igitur Dominum commendasse Ecclesiam suam Petro intelligit, & ei ter mandasse vt agnos & oues suas pascat, nec ei ad illos pascendos, & finem mandati explendum necessaria omnia & iuris & facti tribuisse existimat, is mihi Atheo similis videtur, & de diuina prouidentia, potentia, ac bonitate dubitare. Fingamus eum non dedisse omnem potestatem ad executionem tanti mandati necessariam; nunquid alia non dandi causa excogitari potest, quàm quòd aut ignorabat Dominus quid facto opus esset, aut eius dandi facultatem non habebat, aut, quod extremæ malitiæ est, seruos & amicos suos decipere volebat, id illis munus imperando, quod eos per impotentiam exequi non posse cerè sciret? Ex his perspicuum est, temporale imperium, & potestatem deponendi Principes, nullo modo necessariam esse Ecclesiæ ad finem suum consequendum: licet humana consideratione videri aliquando vtile possit: Deus enim, qui *qua stulta sunt mundi elegit,*

Luc. 21.

Joan. 21.

*Apostolos
Christi seruos
& amicos
esse.*

Ecclesiæ

elegit,



elegit, ut confundat sapientes : & infirma
 mundi elegit, ut confundat fortia^c, sciens Ec-
 clesiam non nisi spiritualibus armis indige-
 re, eam illis ita ab initio instruxit, ut omnem
 humanam potentiam superaret, dicitque
 verè potuerit, à Domino factum est illud, &
 est mirabile in oculis nostris^f. Præclare ut cæ-
 tera, D. Bernardus ad Eugenium Papam^g.
 Petrus hic est, qui nescitur processisse aliquan-
 do vel gemmis ornatus vel sericis, non tectus
 auro, non vectus equo albo, nec stipatus milite,
 nec circumstrepentibus septus ministris. Abs-
 que his tamen credidit satis posse impleri salu-
 tare mandatum, Si amas me pascue Oves me-
 as : in his successisti non Petro sed Constantino.
 Quamuis itaque potestas temporalis, de qua
 nobis sermo, hominibus videri potuerit Ec-
 clesiæ necessaria, Deo tamen neque neces-
 saria neque utilis visa est, ob eam fortè ratio-
 nem, quam rerum euentus atque experien-
 tia posteritatem docuit : ne humano sci-
 licet imperio freti Apostoli, & eorum suc-
 cessores, spiritualia seignius curarēt, & quam
 in virtute verbi diuini, Deiq; auxilio singu-
 lari, spem ponere debebant, eam in armis
 & autoritate ac potestate temporali po-
 tissimum collocarent. Et verò si quis statum
 Ecclesiæ

^c 1. Cor. 1.

^f Psal. 117.

^g Lib. 4. c. 3.

Ecclesiæ
 lis atque
 omnino
 sub Pon-
 tificatus
 tatis dicit
 fidium in
 sedula d
 ne, sine
 esse pot
 tifices
 spiritu
 porale
 sunt, M
 moribus
 remissa
 plina se
 sua mun
 Om
 sequen
 porale
 tem d
 ponen
 cæ Pr
 suffic
 omne
 conse

Ecclesiæ à Christo passo in hunc diem, oculis atque animo in historijs collastret, cernet omnino illam citò creuisse, ac diù floruisse, sub Pontificibus sua ditione, id est, spirituali iurisdictione contentis, qui Christi humilitatis discipuli, vnicum Ecclesiæ tuendæ præsidium in virtute prædicationis Euangelij, & sedula disciplinæ Ecclesiasticæ obseruatione, sine vlla potestatis temporalis mentione, esse positū iudicabant. Et rursus ex quo Pontifices quidam ad summum, quod habent, spirituale imperium, summum quoque temporale adiungere atque annectere conati sunt, Ecclesiam & numero credentium & moribus præsidentium indies defecisse; & remissa, seu verius omissa, illa antiquæ disciplinæ seueritate, multos Ecclesiæ ministros sua munera segnius & negligentius obijisse.

Omitto, quòd, si ratio istorum bona esset, sequeretur econtrariò, Rempubicam temporalem vt illi loquuntur, habere potestatem disponendi de rebus spiritualibus, & deponendi supremum Reipublicæ Ecclesiasticæ Principem: quia *debet esse perfecta & sibi sufficiens in ordine ad finem suum, & habere omnem potestatem necessariam ad suum finem consequendum.* Sed necessaria est ad finem temporalem



temporalem potestas disponendi de rebus spiritualibus, & deponendi Principem Ecclesiasticum. quia alioqui possunt mali Principes Ecclesiastici turbare statum & quietem Reipublicæ temporalis, & impedire finem civilis gubernationis, vt de facto nonnulli summi Pontifices aliquando perturbarunt: igitur hanc potestatem habet Respub. temporalis. Consequens planè falsum est & absurdum (Nam Princeps temporalis, quatenus talis est, nullam habet potestatem spirituales) proinde & illud quoque falsum est, cui hoc est consequens.

Sed, vt dici solet, *dare absurdum, non est soluere argumentum*, Respondeo igitur aliter ad priorem partem huius secundæ rationis. Non esse scilicet hic duas Respublicas, vt ille retur, sed vnam tantum; in qua sunt duæ potestates, siue duo Magistratus, Ecclesiasticus, & Politicus, quorū vterq; habet ea quibus necessariò indiget ad suum finem obtinendum, alter nempe spirituales, alter temporalem iurisdictionem: & neque hanc iurisdictionem illi potestati, neque illam huic prorsus esse necessariam. Alioqui fatendum est vtramque potestatem medijs necessarijs fuisse destitutam, tunc cum separata, vt olim,

in
lim, fueru
ostendi, t
gubernat
statu Ec
Principib
in vna eac
Civitate a
stinctis off
diti inuer
sibi mand
potestate
nem cor
cipit; ita
alterius i
uadere, sil
aliquid Tr
trà Tribun
circo dici
necessaria
dum: Na
sua instit
omni pot
execution
Vel v
Quemad
vno Reg
quorum

lim, fuerunt : quod planè falsum esse iam ostendi, tam ex fine temporalis siue politicæ gubernationis, quatenus talis est, ^h quàm ex ^b *Su. 6. 14.* statu Ecclesiæ sub Ethnicis & infidelibus Principibus constitutæ ⁱ. Ad hunc modum ⁱ *Sum. hoc* in vna eademq; *cap.* *ciuili politia*, in vna inquam Ciuitate aut Regno, plures Magistratus distinctis officijs, potestate, atq; imperio, præditi inueniuntur, qui Rempub. in partibus sibi mandatam gubernant; quorum quilibet potestatem necessariam ad muneris sui finem consequendum, à Rege vel Repub. accipit; ita vt nemo eorum possit vel audeat alterius iurisdictionem atque imperium inuadere, sibiq; arrogare. Non si Consulibus aliquid Tribunitiæ potestatis deest, vel contra Tribunis abest imperium Consulare, idcirco dici potest, vtrique alterius potestatem necessariam esse ad suum finem consequendum : Nam vterque magistratus, secundum suæ institutionis rationem, perfectus, atque omni potestate necessaria ad muneris sui executionem munitus est.

Vel vt notiora exempla proferamus. Quemadmodum in eodem regno, & sub vno Rege, duo amplissimi magistratus sunt, quorum alterum Cancellarius, alterum Conestabulus



Conestabulus Rege mandante gerit (Illi
 νοιορηλατικη & iuris ac iudiciorum cura præci-
 pua incumbit : huic armorum administratio
 ac totius disciplinæ militaris præfectura
 committitur) & vterque pro ratione & qua-
 litate sui officij perfectus est, atque omnem
 potestatem necessariam ad muneris sui exe-
 cutionem, finisque eius consequutionem à
 Rege obtinet. Nec, si alter fortè alterius ex-
 exercitiū vel incuria vel iniuria impediatur, po-
 test impeditus propria autoritate alteri
 magistratum abrogare, aut eius iurisdictionem
 vsurpare, aut eum denique ad peccati
 sui emédationem, nisi modis legitimis à Re-
 ge sibi cum officio concessis adigere : sed
 vtrumque de alterius commisso ad Regem,
 à quo ipsi distinctam officijs potestatem ac-
 ceperunt, referre oportet; vt ipse læsum vl-
 ciscatur, & quid de causa statuendum sit, im-
 perio iudicioq; suo arbitretur. Quandiu au-
 tem hi magistratus in regno concordés sunt,
 alter alterius ius tuetur, & quod ei deest, de
 suo supplere consuevit. Vt si paganus, vt
 iudicium eludat, in castra ad exercitum pro-
 ficiscatur, auxilio Præfecti militiæ implora-
 to, ad eum vnde fugerat locum remitti so-
 leat. et cōtrà, si militiæ defector ab exercitu
 in

in vrb
 à mil
 endur
 Reipu
 folus
 ipsis in
 rio vti
 cia tan
 do surr
 nã, Re
 aliam
 à com
 Opt. M
 que of
 quiden
 testatis
 modan
 fos & r
 ditos,
 viciffin
 reticos
 tes, au
 rentes
 porali
 coerc
 studia
 spublie

in urbem se proripit, magistratus urbanus à militari rogatus, eum mox in castra puniendum releget. Ast ubi dissentiunt, ea statim Reipublicę vulnera imponunt, quibus potest solus Princeps occurrere ac mederi; quòd ipsis inter se ius fasque non sit alieno imperio uti: & huic solum arma tractare, illi iudicia tantum exercere liceat. Simili planè modo summi illi magistratus Reipub. Christianę, Rex & Pontifex, potestatem aliam atque aliam, vtramque in suo genere perfectam, à communi omnium Rege & Domino, Deo Opt. Max. accipiunt, & distinctis imperijs atque officijs populo præficiuntur. Atque hi quidem, donec consentiunt, ad vtriusque potestatis tutelam, sibi inuicem de suo commodant: vt & potestas ecclesiastica seditiosos & rebelles in Principem secularem subditos, cælesti & spirituali mucrone feriat: & vicissim potestas temporalis & Politica Hæreticos, Schismaticos; & alios à fide deficientes, aut alioqui pię matri Ecclesię non parentes, armata manu persequatur, ^k & temporalibus supplicijs, pœnisiq; civilibus acriter ^{Can. Principes. 23. 9. 5.} coerceat. Ast ubi scinduntur in contraria studia, sibi que inuicem aduersantur, tota reipublica Christiana vel protinus concidit,

K vel



vel saltem grauissimè sauciatur : quòd nemo fit, nisi solus Deus, qui causâ illius cognitor, iniuriæque vltor legitimus esse possit.

CAP. XVIII.

^a: Cap. prox-
imo Sum.

CVpienti mihi ad alia transire, morulam iniiecit, dubitatio quædam de sensu posterioris argumenti secundæ rationis, his verbis ab authore concepti ^a. *Item potest qualibet respublica, quia perfecta & sibi sufficiens esse debet, imperare alteri reipublicæ non sibi subiectæ, & eam cogere ad mutandam administrationem, imò etiam deponere eius Principem, & alium instituire, quando non potest aliter se defendere ab eius iniurijs.* Nam, vt ingenuè fatear, cum hæc primùm apud eum legissem, substiti aliquandiu, vt quis verborum istorum sensus, quantiç; ponderis & momenti esset argumentum, penitus intellexerem. videbatur enim non planè & explicatè illud proponere, quòd modos nullos cogendæ vicinæ Reipub. & eius Principis deponendi, nobis patefaceret. Et cum diu omnia mente versassem, aut hoc ænigma esse statui, aut hunc verba eius sensum interpretationemq; admittere; *Quælibet Respub.*

contra

contra
sibi inf
eri neq
inferre
tricibus
non satis
retur (qu
frago &
in suam
eig; leg
imperiu
cæ adri
formar
vt & esse
ctus, arg
Bellarmi
colligitur
magis poss
temporal
mutanda
Principe
non sunt
sò assum
bus pote
subijcti
demonst
damus,

contra aliam rempublicam, armis animisq; sibi infestam, cum aliter se ab eius iniuria tuteri nequeat, bellum iustum indicere atque inferre potest, eamque prælijs & armis victricibus ad pacis condiciones cogere : vel si non satis sibi adhuc prospectum ea cautione retur (quia fortè cum populo natura fœdifrago & rebelli negotium est) totam gentem in suam ditionem ac potestatem redigere, eiq; leges & iura dare, Principem abdicare, imperium auferre, totam denique reipublicæ administrationem suo arbitrio in aliam formam commutare. Quòd si hic verus sit, ut & esse arbitror, horum verborum intellectus, argumentum illud nequicquam sanè à Bellarmino adductum est ; Nec enim inde colligitur quod ipse concludit, nempe *multò magis posse spiritualem rempublicam imperare temporali reipublicæ sibi subiectæ, & cogere ad mutandam administrationem, & deponere Principes atque alios instituire, &c.* tum quia non sunt hoc casu duæ respUBLICÆ, ut ille falso assumit, sed vna tantum Christiana, duabus potestatibus nixa, quarum neutra alteri subijcitur, ut est iam abunde in superioribus demonstratum : tum etiam quia si ei concedamus, esse duas respUBLICAS inter se distin-



tas, Ecclesiasticam siue spiritualem & temporalem, necesse quidem est fateatur in illa tantū contineri Pontifices & Clericos, in hac verò Principes seculares & Laicos omnes; siue istā ex solis Ecclesiasticis, hanc ex solis laicis componi. licet enim Laici & Clerici simul vnā Ecclesiam, & vnā Rempublicam Christianā constituant, non tamen faciunt simul vnā Rempublicam Ecclesiasticam & spiritualem, prout distinguitur à temporali; neque vnā Rempublicam temporalem & secularem: sed secundum diuisionem & separationem supradictam, Laici temporalem, & Ecclesiastici spiritualem, in casu quo temporalis à spirituali hoc modo distinguitur. Iam verò cū Respub. Ecclesiastica solos Clericos contineat, quorum arma non alia esse debent, nisi preces & lachrymæ, qui fieri potest, vt illa inermis & imbecilla, armatam Rempublicam temporalem mutare administrationem nisi fortè per miraculum cogat?

Nihil ergo hac comparatione & confectione Bellarmini ineptius, quandoquidem à Rebus publicis simili armorum vsu & apparatu instructis, ad Respublicas quarum altera prorsus inermis est, ratiocinando procedit

Quoties

Quoties
aut in
citur,
sunt, &
is nim
corpor
ciuitat
uetran
rituali
nere d
tum q
precis
fas el
iur:
Nam &
sona P
modo
tempo
tempo
& form
pem de
si quis
cam in
lanu
pes er
tricij
stacip

Quoties enim vna Respub. alterius iniurias aut inferendas propulsat, aut acceptas vlciscitur, ijs armis contendit quæ sibi concessa sunt, & quibus iure belli uti potest: corporeis nimirum & visibilibus, quorum impetu corpora hostium sternit, præsidia inuadit, ciuitates expugnat, ac totum Reipublicæ aduersantis statum euertit. At Respublica spiritualis, quam vocat, toto hoc armorum genere deficitur, & quoniam ex Clericis tantum composita est, solis armis spiritualibus, precibus scilicet & lachrymis, pugnare illi fas est. *Talia enim sunt munimenta sacerdotum: aliter nec debent nec possunt resistere* ^{b.}

^{b. Can. non. fila. can. commenor. 23. q. 8.}
 Nam & materiam gladium omnes in persona Petri iubentur recondere. Quo igitur modo spiritualis Respublica, Rempubicam temporalem, fulminum spiritualium contemptricem, ut *administrationis* suæ modum & formam *commutet*, cogere, aut eius *Principem deponere, & alium instituere possit*? Quod si quis fortè proponat, Rempub. Ecclesiasticam in rei tantæ executione profanis secularium hominum armis adiutum iri (Principes enim, & reliqui omnes Christiani, nutritij & defensores Ecclesiæ esse debent) ci statim respondebitur, Rempubicam Ecclesiasticam



fiasticam eo casu non cogere Rempub. temporalem, sed esse tantum causam, cur alia Respublica temporalis, cuius auxilio spiritualis illa defensa est & protecta, iniuriam Ecclesiæ factam vindicet. Non secus ac si iniuriæ vel cladis acceptæ in vnus cuius persona, tota Respub. se vindicem præbeat: quo modo in omnes Beniamitas, ob stupratam vnus Leuitæ vxorem, à cæteris tribubus Israel acerbissimè sæuitum esse constat ^e. sic Græci olim Menelai iniuriam Troiano excidio vlti sunt: & Romani necem à Teuca Illyriorum Regina L. Coruncano allatam, durissimo bello vindicarunt, & Reginam Illyrico excedere, ac tributum quotannis pendere coegerunt ^d. Nunquis hîc Beniamitas, Troianos, Illyrios, à Leuita, Menelao, aut Coruncano iam mortuo domitos & compressos esse dixerit, ac non potius ab ijs qui istorum ergo bella susceperunt, hostesque domuerunt? Nunquis similiter Ecclesiasticam Rempub. esse dixerit, quæ temporalem iniuriam & lasciuientem, in ordinem cogat; ac nō potius aliam Rempub. temporalem, quæ Ecclesiasticæ Reipublicæ causa bellum suscipit; & sine cuius auxilio Ecclesia ipsa, atque omnes eius ordines protriti & conculcati

^e *Jud. cap.*
pen. & vlt.

^d *Polyb. l. 2.*

con
ralis
cum
tend
Qui
nem
inde
potel
bus C
pone
glos
iniu
Fra
tur:
cern

H
ce c
inta
ctor
pos
exc
tum
ne

conculcati iacerent ? Quid si nulla temporalis Respub. sit, quæ velit vel audeat armis cum republica Ecclesiasticæ inimica contendere ? quibus tunc se modis vindicet ? Quid multis ? licet suam illis comparationem conclusionemque concedamus, nihil inde effici potest, nisi Papam habere talem potestatem disponendi de rebus temporalibus Christianorum, & eorum Principes deponendi, qualem vel Rex Franciæ in Anglos, Hispanos, aliosue populos vicinos sibi iniurios, vel horum singuli in res Regesque Francorum ipsis infestos habere dignoscuntur : quæ qualis quantaq; sit, ferro tantum cerni potest.

C A P. XIX.

HÆc quanquam secundæ rationi refutandæ sufficiunt, tamen ne quid in hisce doctissimi viri scriptis præteream, quod intactum, aut negligentius tractatum, lectori errorem creare, scrupulumue iniicere possit, operæpretium est, id etiam quale sit excutere, quod ad rationis suæ firmamentum ex S. Bernardo in libris de consideratione ad Eugenium^a affert. Monet quidem^a Lib. 4. c. 3.

K4

Bernardus,



Bernardus, gladium materiale esse militis manu, ad nutum sacerdotis, & iussum Imperatoris, exercendum : quod nos certè fatemur. bella namque & iustius suscipiuntur, & foelicius conficiuntur, quando Ecclesiastica sanctitas cum regali autoritate conspirat. Sed animaduertendum est, Doctorem illum tribuere tantummodo nutum sacerdoti, hoc est, belli gerendi consensum & voluntatem : iussum verò & imperium Imperatori. ex quo perspicuum est, non cum alia ratione dicere gladium materiale ad Ecclesiam pertinere, quàm quod in Repub. Christiana, licet imperium belli sit penes Imperatores, & Reges, ac Principes, tamen iustius bella gerantur, vbi Ecclesiasticæ potestatis consensus accessit, quæ potest Dei spiritu gubernata, inter æquum vel iniquum, pium vel impium, solertius iudicare. Sed quid si Imperator nolit ad nutum sacerdotis gladium stringere ? imò quid si planè contra nutum sacerdotis strinxerit ? Nunquid aliquam S. Bernardus hoc casu potestatem temporalem sacerdoti tribuit in Imperatorem ? hoc enim est quod hîc quærimus, & in quo tota nostra versatur disputatio. nullam sanè; quin potius nullam ei competere posse docet,

docet,
verbo si
tur b)
tantum
Quod i
nardi fe
qui prim
Eru, ma
strum à
Conuert
nim qu
aperte
cessorib
persequ
dium tu
vaginam
dium, q
teris vit
vel auth
titur, q
dium po
se debet
si huius
Si ha
eri null
rem, a
lem po

docet, cum dicat materialem gladium (quo verbo summa potestas temporalis significatur ^b) ab Ecclesia exerceri non posse: sed tantum manu militis & iussu Imperatoris. Quod idem apertius tradit Gratianus, ^c Bernardi ferè coætaneus. *Cum Petrus*, inquit, *qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, ut Magistrum à Iudaorum iniuria defensaret, audiuit, Conuerte gladium tuum in vaginam, omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit: ac si aperte ei diceretur, Haec enus tibi, tuisq; praedecessoribus, inimicos Dei gladio temporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiae gladium tuum, id est, tibi haec enus concessum, in vaginam conuerte: Et tamen spiritualem gladium, quod est verbum Dei, in maetatione veteris vitae exerce. Omnis enim praeter illum, vel auctoritatem eius, qui legitima potestate vtitur, qui, ut ait Apostolus, ^d non sine causa gla-*

dium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet: omnis inquam, qui praeter auctoritatem huiusmodi, gladium acceperit, gladio peribit. Si haec Bernardi & Gratiani vera sunt, fieri nullo modo potest, ut Papa in Imperatorem, aut alios Principes seculares, temporalem potestatem unquam iure exerceat: exerceri

^b Imperium.
D. de iurisd.
Paul. 2. 13.
ad Rom.
^c 23. 9. 8.
in princ.

^d Rom. 13.



erceri quippe nisi gladio nequit, & gladius non nisi horum iussu à milite stringi debet: atq; ita potestas hæc temporalis, inanis prorsus & inutilis in persona Papæ esset, cum eius illi executio denegetur. nisi fortè Imperator aliquis tam fatali fatuitate laboret, vt milites contra se arma gestare iubeat, aut tanta sanctitate & iustitiâ præditus sit, vt ne sibi ipsi quidem parcendum, si deliquerit, edicto caueat. Huc pertinet quod D. Ambrosius scribit, ^{c.} materialem scilicet gladium Sacerdotibus vsq; ad Euangelium tantummodo fuisse concessum. *Lex, inquit, ferire non uetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, Sat est, dicit Christus, quasi licuerit vsq; ad Euangelium, vt sit in lege aqutatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio.*

^o Lib. 10.
comment. in
Euan. Lucæ.

^o Luc. 22.

Præterea sciendum est, locum illum Euangelij de duobus gladijs, ^f quem nobis obiectant, non necessariò intelligendum esse de gladio spirituali & temporali: imò uerò longè congruentius esse sermoni Saluatoris illic habito, vt intelligatur de gladio spirituali & de gladio passionis, sicut Ambrosius doctè pieq; ibidem exponit. Nam Christus extremo illo ante passionem cum Discipulis colloquio, eos admonuit longè alia cōditione

ditione
uange
tum h
uersun
quàm
in tem
hacten
perâ, n
hac mi
lij, & e
dimis r
bus g
quo c
transil
inquit
nium, e
lia uest
exuas c
tur tib
tionib
mam o.
patiatur
qua de
lorum
Quor
imple
est. i.

ditione mittendos esse ad prædicationem Euangelij, post ipsius mortem, cum mandatum hoc acceperint, *euntes in mundum uniuersum prædicate Euāgelium omni creaturæ* & ¹ Marc. 16. quàm antea ab eo missi fuerant, dum adhuc in terris inter uiuos ageret : quasi dixisset, hæcenus vos ita missi, vt neq; sacco, neq; perâ, neq; calceamentis indigeretis : at post hac mittam vos ad prædicationem Euangelij, & erit uobis sacco opus & perâ, solitudinis nimirum & patientiæ : atq; etiam duobus gladijs, spirituali scilicet & passionis, de quo dictum est, ^h *tuam ipsius animam per-* ^h Luc. 2. *transibit gladius. Est enim gladius spiritualis,* inquit ibi D. Ambrosius, *vt vendas patrimonium, emas uerbum quo nuda mentis penetralia vestiuntur. Est etiam gladius passionis, vt exuas corpus, & immolata carnis exuujs ematur tibi sacri corona martyrij, quod ex benedictionibus dominicis colligere potes, qui summam omnium coronarum, si quis persecutionem patiat pro iustitia prædicauit. Deniq; vt scias qua de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit dicens. Quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me : quod cum iniustis deputatus est. ¹ Hæc ille. quibus postremò adiungam, ¹ Isaiæ 53. quod*



quod ipsemet Bellarminus, in libris de sum-
Lib. 5. ca. 3.mo Pontifice, ^k contendat non eum sen-
 sum esse illius loci Euangelij, vt intelligatur
 de spiritali & temporali gladio. *Respondeo,*
inquit, ad literam, nullam fieri mentionem in
eo loco Euangelij de gladio spiritali vel tempo-
rali Pontificis, sed solum Dominum illis verbis
admonere voluisse discipulos, tempore passionis
sua in ijs angustijs, & metu ipso futuros fuisse,
in quibus esse solent, qui tunicam vendunt vt
emant gladium. Vnde asserit S. Bernardum
 & Bonifacium VIII. Papam, mysticè tan-
 tum hunc locum, de duobus gladijs inter-
 pretatos esse.

Quod cum ita sit, constetq; tum ex inter-
 pretatione Patrum, tum ex confessione ipsi-
 us Bellarmini, verba Saluatoris non de gla-
 dijs istis, de quibus nos digladiamur, verè,
 propriè, ac strictè esse accipienda, perperam
 sanè allegatur scriptum illud Bernardi, ad
 probandum Papam habere potestatem tem-
 poralem vllò casu in Principes Christianos,
 vel gladium temporalem esse sub gladio
 spiritali; quod nec dicit ibi S. Bernardus,
 nec dicere sine calumnia potuit. Quamuis
 igitur maximè concedamus, locum illum
 Scripturæ, de spiritali & temporali gladio
 esse

esse my-
 tantum
 telligam
 confilic
 bellum
 nemo fa-
 Christus
 terprete
 Satis est.
 ijciendu
 Sacerd
 quippe
 tioni,
 repugn
 res solu
 habere)
 ritualis
 fore in E
 dem co
 diq; ab
 Sed
 nardi l
 mecū o
 lus ant
 de gla
 scriber
 non in

esse mysticè accipiendum, tamen ad hoc tantùm valebit illa Bernardi expositio, vt intelligamus, Reges & Principes Christianos consilio Ecclesiæ, siue summi Pontificis, bellum gerere debere pro Ecclesia; quod nemo sanus vnquam negauerit. Atque ita Christus (si eius verba mysticè eo modo interpretemur) ostensis duobus gladijs, dixit, *Satis est.* non vt gladium alterum alteri subiiciendum, vel vtrumq; in manu Pontificis & Sacerdotum futurum esse significaret (ea quippe expositio vitiosa est, & tum rectæ rationi, tum antiquorum Patrum doctrinæ repugnat, qua traditur Reges & Imperatores solum Deum in tēporalibus superiorem habere) sed vt admoneret vtriusq; gladij, spiritalis & temporalis, concursum aliquando fore in Repub. Christiana, Principibus ad fidem conuersis; & illis duobus Ecclesiam vndiq; ab iniuria tutum ad defensum iri.

Sed quoniam in hunc insignem D. Bernardi locum incidimus, velim perpendat mecū obiter in eo lector, quod nescio an vllus ante hac animaduernerit. Quid est quòd de gladio temporali ad Eugenium Papam scribens, primùm dicat, *tuo forsitan nutu, esse non tua manu euaginandus.* Deinde, paucis inter-



interiectis, subijciat, eundem gladium nutu sacerdotis esse exercendum, nec addat *forfitan*? Nunquid illud *forfitan*, aut abundat in priore sententia, aut in posteriore desideratur? Nempe id consultò vir sanctus ac prudens: vt personam Pontificis ab authoritate & officio Pontificali, siue sacerdotali, subtiliter distingueret, doceretq; permagni referre, vtrum Papa an Eugenius, licet idem & Papa & Eugenius sit, aliquid aut vetet, aut iubeat: vtrum inquam Pontifex, vt homo animi perturbationibus obnoxius, gladium non pro Ecclesia ex officij debito, sed deprauatæ affectionis incitamento stringi cupiat: an verò vt Sacerdos, id est, vir bonus & pius, non suis sed publicis commodis seruiens, gladio exercendo & bello gerendo annuat abnuatue. Quasi diceret; Eugeni Pontifex Maxime, gladius temporalis non simpliciter & absolutè tuo nutu euaginandus est, sed *forfitan*: tunc scilicet, cum ob euidentem Ecclesiæ vtilitatem, id illis sobriofanoq; consilio suadebis, qui gladium in sua potestate habent: non autem tunc, cum aut veteres inimicitias cum aliquo exercere, aut recens odium effundere, aut ambitionem dominandi cupiditatem explere cupiens,

Principes

in
Principes
commit
cere atq
dotis, il
genij, au
gitatio
dem ver
stæ à Po
cundis &
runt. Se

TE
lic
lem, aut
subditos
iudicare
pertine
ligonis
esse dep
ius qu
argum
Ad
licere
velin
quod

Principes & populos Christianos inter se committere, aut ipsorum vni bellum indidere atq; inferre cogitabis. Illa enim sacerdotis, ista hominis: illa Pontificis, ista Eugenij, aut alterius Pontificatum tenentis, cogitatio actioq; dicenda est. Atq; hæc quidem verbis illis sensisse Bernardum, res gestæ à Pontificibus quibusdam impensè iracundis & superbis, haud obscurè declararunt. Sed ad institutum reuertamur.

C A P. XX.

Tertia apud Bellarminum ratio est. *Non licet Christianis tolerare Regem infidelem, aut Hæreticum, si ille conetur pertrahere subditos ad suam hæresim, vel infidelitatem: at iudicare an Rex pertrahat ad hæresim, necne, pertinet ad Pontificem, cui est commissæ curæ religionis: ergo Pontificis est iudicare, Regem esse deponendum, vel non deponendum.* & huius quidem rationis propositionem tribus argumentis probare conatur.

Ad eam igitur respondeo. Quod ait, *non licere Christianis tolerare Regem hæreticum vel infidelem, &c.* id adeo falsum esse, quàm quod falsissimum: alioqui damnanda tota antiqui-

antiquitas, quæ Reges Hæreticos & Infideles, Ecclesiam Dei destruere conantes, submissè pertulit; *non solum propter iram, sed propter conscientiam*; hoc est, non quod deficerentur viribus ad impios Principes exigendos, sed quod id sibi per Dei legem non licere iudicarent. Verùm quoniam hunc errorem perniciosissimum in libris contra Monarchomachos, ^a atq; etiam superius hoc libro, ^b iam satis refutauimus: non est quod eius falsitati arguendæ hîc amplius immoremur. Id tantùm superest, vt vitia argumentorum, quibus falsam suam propositionem probare nititur, breuiter indicemus.

• Lib. 3.
cap. 6. 7. 8. 9.
& seqq.
& lib. 4.
cap. 5. & 6.
• Cap. VII.

Primum argumentum ducit ex Deuteronomio, ^c vbi prohibetur populus eligere Regem qui non sit de fratribus suis, id est, qui non sit Iudæus: ne videlicet pertrahat eos ad idololatriam: ergo etiam Christiani prohibentur eligere non Christianum. Hoc totum verum sit. Deinde ex his partibus concessis progreditur hoc modo. *Rursum, eiusdem periculi & damni est, eligere non Christianum, & non deponere non Christianum, vt notum est: ergo tenentur Christiani non pati supra se Regem non Christianum, si ille conetur auertere populum à fide.*

• Cap. 17.

Respon-

Respondeo, consequentiam hanc minimè bonam esse, & eiusmodi vitiosis ac fallacibus argumentis multos à veritate auocari. Captio autem in eo est, quòd statuat ac pro certo assumat, idem ius esse vbicunq; est idem damnum vel periculum; quod plane falsum esse mox demonstrabitur. nec ei simile est quod tradunt Iurisconsulti, *vbi eadem ratio est, ius idem esse debet*^d. Animaduertendum igitur, eum non dicere, *eiusdem peccati esse eligere non Christianum, & non deponere non Christianum.* quòd si id dixisset, negassem utiq; antecedens: sed dicit, *eiusdem periculi & damni esse.* ex quo perperam deinde colligit, Christianos teneri non pati supra se Regem non Christianum. Non enim sequitur, vbicunq; idem damnum & periculum vertitur, eandem faciendi potestatem concedi debere ei qui in damno vel periculo versatur: nec vbicunq; par damnum est & periculum, ibi par quoq; peccatum meritumue subesse: idque exemplis facile probari potest. Qui plagas accipit, aut fortunis spoliatur, idem periculum & damnum subit, siue per vim à latrone, aut milite desertore, siue à magistratu per iniquam sententiam opprimatur: sed non idem aduersus v-

^d L. illud 32.
D. ad leg.
Aquil.



trumq; remedium comparatum est. in di-
reptorem irruere, & eum, se suaq; tuendo,
occidere ius fasq; est^e: seruato, vt aiunt, mo-
deramine inculpatae tutelæ. At magistra-
tui iniquam sententiam, pro potestate impe-
rij, exequenti, propter rerum iudicatarum
authoritatē restare non licet. ^f. Ecce quam-
uis vtrobiq; idem damnum & iactura spoli-
ati sit, tamen non idem ius vtrobiq; obtinet.
Rursus eiusdem periculi & damni est, in na-
uigium cogitatō conscendere, cuius cari-
nam scis esse quassatam; & illud intrare
quod putas esse probum, cum re vera rimo-
sum ac dissolutum sit. eiusdem dico periculi
est, sed non eiusdem peccati. priore casu ten-
tas Deum, tibiq; tua sponte necem paras:
posteriore verò, si humanam diligentiam ad-
hibuisti, nihil peccas qui ignarus tali te naui
commiseris. Sic eiusdem periculi & damni
est, mulierem, quam insigniter morosam &
iurgiosam esse nosti, propter fortunas vel
formam ducere: & in eam alias incidere
quam nescias esse talem. & tamen qui sciens
prudens in tam manifestum discrimen se
coniecerit, haud leuiter peccare videtur,
qui in vitæ degendæ modo, & ratione ineun-
da, Deum tentet. At qui sortis suæ, & muli-
eris

* L. vt vim
D. de Iust &
iur. cap. 2. de
homicid.

L. 2. C. quād.
liceat vni-
cuiq; siue
indig.

§ L. Seruo
inuito, 65.
§. cum Pre-
sor. D. ad
Sc. Trebell.

eris ma
dò in N
nis mol
ti anim
martyr
exempl
Bellam
admodu
muliere
peruer
se viue
cere (c
conijer
tuitò &
non obl
vel repu
damni re
sequitur.
Regem
vt tene
quia m
dum no
dinus.
us vim

eris malitiæ ignarus, talem duxerit, non modo in Numen non committit, sed quotidianis molestijs miserijq; , si eas forti & patienti animo perferat, velut specie quadam martyrij demeretur. Possem multa id genus exempla proferre, quibus argumentum istud Bellarmini captiosum esse cõvincam. Quæ admodum ergo non sequitur, si is qui nouit mulierem esse impensè improbam, & ita peruersam, vt spēs nulla sit cum ea tranquille viuendi, non debet eam sibi vxorem asciscere (quod eo facto in aperta se diuinitatis crimen conijciat) vt is etiam qui talem mulierem fortuito & imprudenter nactus est, debeat eam, non obstante matrimonij vinculo, deserere vel repudiare; quamuis eiusdem periculi & damni res sit, si eam retineat. Ita etiam non sequitur, Si Christiani tenerentur non eligere Regem non Christianum vel Hæreticum; vt teneantur quoq; non pati iam electum, quia multa impediunt faciendum, quæ factum non dissoluunt, vt vberius alibi ostendimus. Atq; hæc quidem ad argumenti istius vim eneruandam satis.

CAP. XXI.

Sed cogor tamen hîc diutius insistere, vt
 salium adhuc errorem indicem & conuel-
 lam, quem superiori argumento tanquam
 supplementum adiungit. Nam vt confirmet
 illud quod dixit, *Christianos teneri non pati
 super se Regem non Christianum. &c.* & ne
 quis de ea sententia dubitet, propterea quòd
 Christiani olim multos Principes partim
 Ethnicos, partim Hæreticos, sine vllò cõsci-
 entia scrupulo, tolerarunt simul & coluerunt,
 eo ipso quod Principes erant: vt inquam
 obiectionem hanc efficacissimam, & superi-
 oris sententia suæ peremptoriam aliqua so-
 lutione præoccuparet statim subijcit. *Quod
 si Christiani olim non deposuerunt Neronem,
 & Diocletianum, & Iulianum Apostatam, ac
 Valentem Arianum, & similes, id fuit quia dee-
 rant vires temporales Christianis. Nam quòd
 alioqui iure potuissent id facere, patet ex Apo-
 stolo 1. Corinth. 6. vbi iubet constitui nouos Iu-
 dices Christianis temporalium caussarum, ne
 cogentur Christiani caussam dicere coram
 Iudice Christi persecutore. Sicut enim noui Iu-
 dices constitui potuerunt, ita & noui Principes,*

& Reg
 fuissen
 Mu
 quæ n
 to, &
 tato, h
 mùm c
 fuisse,
 Neron
 tem, S
 nijs p
 De Re
 fatis f
 monst
 atq; co
 gis à ra
 viri dict
 tatoriu
 dem fa
 tem all
 dem el
 figurat
 ua con
 one, ac
 loquan
 tur, qu
 ma^e,

& Reges, propter eandem causam, si vires ad-
fuissent.

Multi hinc sunt reprehensione digna, &
quæ miror equidem ab homine tam erudi-
to, & in authoribus sacris profanisq; exerci-
tato, literis vnquam esse mandata. Nam pri-
mum quod ait, defectionem virium in causa
fuisse, cur Christiani olim non deposuerint
Neronem, Diocletianum, Iulianum, Valen-
tem, & similes; id falsissimum esse, testimo-
nijs perspicuis & indubitatis, in libris nostris,
De Regno,^a atq; etiam supra hoc libro,^b iam
satis superq; ostendimus: & mox etiam de-
monstrabimus ex principijs ab eo ipso positis
atq; concessis. Deinde nihil ineptius, aut ma-
gis à ratione alienum, imò verò, pace tanti
viri dictū sit, nihil magis delusorium & cap-
tatorium, quàm ad illius falsæ sententiæ fi-
dem faciendam, Apostoli Pauli authorita-
tem *allegare*; in cuius scriptis ne verbum qui-
dem est, quod vel ad literam, vt aiunt, vel
figuratè & per interpretationem, talis senten-
tiæ confirmandæ, sine calumnia & cauillati-
one, accommodari possit. Et verò, vt liberè
loquar, licèter nimis doctrinā Pauli abutun-
tur, qui ex illa eius Epistola ad Corinth. pri-
ma^c, colligunt licuisse Christianis, Princi-

^a Lib. 4. ca. 5

& lib. 3.

cap. 10.

cum seqq.

^b Cap. 6. 7. 8.

^c Cap. 6.




pes Ethnicos vel Hæreticos deponere, & alios in eorum locum instituire. Reprehendit quidē Apostolus acriter eo loco Christianos, tum quia se inuicem litibus vexabant, & iudicia omnino habebant: tum etiam quia ad tribunalia Iudicum Ethnicorum & infidelium, quibus nomen omne Christianum erat exosum, alij alios pertrahebant. Sed hoc ille tamen, non vt ea reprehensione doceret aut significaret, nullam Magistratibus Ethnicis temporalem iurisdictionem in Christianos fuisse, aut potuisse Christianos vlla pactione efficere, ne Ethnici in ipsos politicè dominarentur. Verum vt ostenderet, indignum esse religione & professione Christiana, eos qui recens in Christo regenerati erant, & in eius societatem vocati, ^a malle litigare apud Iudices infideles, quam fratrum, id est, Christianorum arbitrio iudicioq; negotia, & controuersias obortas sopire atq; componere.

2. Corint. 1.

Non itaq; abrogat Apostolus imperium Ethnicis hoc sermone, nec indicat Christianos ab illis posse deficere: sed tantum improbat, & vitio vertit quorundam Christianorum procacitatē & pertinaciam, quod cum haberent fratres, hoc est, eiusdem religionis homines, qui de communi consensu Iudices constituti,

const
intra
cept
les &
fos,
tiofi
D.T
id qu
huma
quam
mista
pis i
uina
se sit
non p
cipiba
vocen
qua d
deles
um. I
odor
probi
consti
tuy;
Prin
riè r
tys q

constituti, causas ipsorum iuste ac sapienter intra priuatos parietes, amica affectione disceptarēt, ijs non contenti, ad Iudices infideles & iniquos, & Christianis omnibus infensos, magno cum religionis scandalo, contentiosius prouocabant. Vnde in eum locum D. Thomas, *Sed videtur, inquit, esse contra id quod dicitur I. Pet. I. Subditi estote omni humanae creaturae propter Deum, siue Regi tanquam prae excellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Pertinet enim ad auctoritatem Principis iudicare de subditis. Est ergo contra ius diuinum prohibere quod eius iudicio non stetur, si sit infidelis. Sed dicendum, quod Apostolus non prohibet, quin fideles sub infidelibus Principibus constituti, eorum iudicio compareant, si vocentur: hoc enim esset contra subiectionem quae debetur Principibus: sed prohibet quod fideles non eligant voluntarie infidelium iudicium.* Idem ferē in eundem locum scribit Theodoretus. & Lyranus: *Apostolus, inquit, non prohibet hic fideles sub Principibus infidelibus constitutos comparere coram eis quando vocantur; hoc enim esset contra subiectionem quae Principibus debetur: sed prohibet ne voluntarie recurrant ad Iudices infideles in illis negotijs quae determinari possunt per fideles.* Nihil



ergo iubet Apostolus eo loco, quod Iudicum infidelium iurisdictionem & imperium in Christianos aut tollat, aut minuat, aut ei aliquo modo præiudicet. imò verò nihil cōtra eiusmodi subiectionem iustè iubere potuit, cū sit iuris naturalis Dei autoritate cōfirmati, vt, teste D. Ambrosio, ipsemet Apostolus alibi docet. Hæc igitur Iudicum constitutio, de qua loquimur, nullo modo eximebat Christianos à subiectione & iurisdictione magistratuum Ethnicorum, sed tantum auferebat illis necessitatem interpellandi iudices infideles, cū haberent iudices inter se communi consensu constitutos, quorum sententijs obortæ controuersiæ componi potuerunt. Erant autem hi Iudices re vera Arbitri sine imperio, sine prehensione, voluntariam tantum iurisdictionem exercentes, & ideo si vel refractarius Christianus, vel Ethnicus aliquis Christianum ad Iudicem infidelem vocasset, nihil vocato profuisset Iudicum illorum Christianorum autoritas, quo minus ethnico tribunali se sistere teneretur, teneretur inquam in conscientia, propter subiectionem quam superioribus iure naturali debemus.

Præterea si quis locum illum Apostoli non
linis

• Rom. 13.
cap.

in
limis ocu
id ibi ne
perfecti
cepti est
eos hort
fraudem
exerceat
quis re pe
be illi &
dicio con
mitte ei
Ambro
quique
Nam qu
est in v
quare no
nisi de vi
mo vita
possit: cū
linquere
subleuan
Facit igit
multorum
se disside
remum
violenti
contro

limis oculis percurrenit, animaduertet eum
 id ibi negotij sibi dare, vt ad Euangelicam
 perfectionem, quæ consilij magis quàm præ-
 cepti est, Christianos animos erudiat, cum
 eos hortetur vt potius iniuriam ferant, &
 fraudem patiantur, quàm vt iudicia inter se
 exercean. secundum illud Saluatoris ^f, *si* ^{Matth. 5.}
*quis te percusserit in dexteram maxillam, præ-
 be illi & alteram; & ei qui vult tecum in iu-
 dicio contendere, & tunicam tuam tollere, di-
 mitte ei & pallium.* Et ita Ecclesiæ Patres,
 Ambrosius, Primasius, Theodoretus, reli-
 quique omnes locum illum intellexerunt.
 Nam quod ait, *Iam quidem omnino delictum
 est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.
 quare non magis fraudem patimini?* &c. id
 nisi de vitæ perfectione, siue de perfectissi-
 mo vitæ statu intelligatur, vix est vt admitti
 possit: cum inter omnes constet, eos non de-
 linquere, qui iniurijs & contumelijs oppressi,
 subleuari se atque iuuari à Iudice postulant.
 Facit igitur D. Paulus eo loco, sicut bonus
 multorum liberorum parens, qui filios inter
 se dissidentes meritò increpat, tum quòd fra-
 ternum amorem dissentionibus ac discordijs
 violent, tum etiam quòd exortas inter se
 controuersias, non de fratrum potius consi-
 lio



lio transigere, quàm forensi strepitu inuoluerè, & iudiciali calculo decidere ac terminare malint.

Hæc cum ita se habeant, Deum immortalè! quæ isthæc miserabilis cæcitas & inscitiâ, vel certè malitiâ, est, velle ex illis Pauli verbis colligere, ius fuisse Christianis deponere Imperatores & Magistratus omnes Ethnicos, si vires illis ad eam rē suppetissent? cum præsertim ipsemet Apostolus alibi ³ præcisè iubeat Christianos omnes *necessitate* subditos esse iisdem illis potestatibus Ethnicis, *non solum propter iram*, ne si defectiõnem scilicet molirentur, iratis & infensis potestatibus pœnas darent: *sed etiam propter conscientiam*, quòd nimirum sana & salua conscientia, subtrahere se eorum iurisdictioni & subiectioni, quæ Dei ordinatio est, aut eis resistere, nullo modo possent. hoc enim est, necessitate subditos esse propter conscientiam, siue *propter Deum*, vt præcipit D. Petrus ^{h.} Adhæc quoque primi ab Apostolis Christiani omnes, Imperatorem, quamuis Ethnicum & persecutorem fidei, a Deo constitutum, & solo Deo minorem esse ingenuè fatebantur ^{i.} Si itaque Christiani propter conscientiam necesse habebant parere Ethnicis

³ Rom. 13.

^{h.} 1. Petr. 2.

^{i.} Tertull. ad Scapul. & in Apologet.

nicis magistratibus, nonne certum est eos, non quia facti, sed quia iuris potestatem non habebant, omni rebellionis & defectionis molimine abstinuisse? Aut si Deo solo minor erat Imperator, & maiorem minor deponere non possit, qui poterant eum subditi Christiani deponere? Nunquid aut Apostolus secum ipse pugnat, aut aliud Petrus, aliud Paulus docuerunt? aut nunquid prisci illi Patres qui Apostolis successerunt, ius suum omne erga Reges & Magistratus infideles vel hæreticos ignorabant? nam vires illis facto exequendo pares, & plusquam sufficientes fuisse, pluribus alibi demonstraui-
mus^k.

Ex his igitur perspicuum est, Apostoli Pauli auctoritatem nihil quicquam ad superiorem Bellarmini sententiam de Regibus deponendis pertinere, ac proinde largiter ab eo erratum esse, quòd in re tam seria, tantiq; momenti, Apostolicæ autoritatis fucò lectori imposuerit. Si constitutio siue creatio Iudicum, Apostoli iussu facta à Christianis, Iudicum infidelium auctoritatem, imperium, & iurisdictionem sustulisset, aut aliqua ex parte abrogasset, vel ab eorù subiectione Christianos exemisset, nihil fuisset Bellar-
mini

^k Lib. 3. de
Regno. cap.
10. 11. 12.
13 & lib. 4.
cap. 5. & 6.



mini argumēto validius; nihilq; eius sententia verius. Sed quoniam illa iudicum constitutio non magis Potestatibus Ethnicis præiudicabat, quam vel regum fabariorum creatio in vigilia Epiphaniæ, vel Principum & iudicum à lasciuiente iuuentute in Bacchanalibus, vero Regi, Magistratibusq; præiudicat, nullum inde pro eius sententia argumentum elici posse certum est.

l 22. q 10.
c. 10.

Quoniam autem singula persequimur, admonere oportet, D. Thomam alicubi in ea opinione esse¹, vt existimet ius domini; & prælationis Ethnicorum Principum iustè vltus auferri posse, *per sententiam vel ordinationem Ecclesiæ, auctoritatem Dei habentis*, vt ille ait. D. Thomæ magna apud me auctoritas est, sed non tanta, vt omnes eius disputationes pro Canonicis Scripturis habeam; vel vt rationem vincat aut legem. eius ego Manes veneror, & doctrinam suspicio. Sed non est tamen cur illa eius opinione aliquis moueatur: tum quia nullam suæ sententiæ vel rationem idoneam & efficacem, vel auctoritatem profert: tum etiam quia in explicatione epistolæ Pauli ad Corint^m. I. contrarium planè sentit: tum denique quia neminem secum antiquorum Patrum

Cap. 6.

in T
trum con
te, autho
Ratio au
merito se
mittere
lios Dei. N
quasi verò
nescio, di
aliquo qu
possit ab
retinere
tum &
nescit C
Magistra
mittere
ficio abut
ferre pote
solopend
mili mo
sua infid
re: tam
Deo mi
tū impe
mas, in
hoc car
clesiam
possit E

trum consentientem habet, & rationes multę, autoritatesque in contrarium suppetunt. Ratio autem quam adfert est, *qua infideles merito sua infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei.* Mala ratio, & tanto viro indigna: quasi verò si quis meretur priuari officio, beneficio, dignitate, autoritate, aliouè iure aliquo quod possidet, idcirco statim spoliari possit ab alio quàm ab eo à quo id accepit retinetque, vel ab alio expressum mandatum & potestatem ab ipso habente. Quis nescit Cancellarium, Conestabulum, aliosq; Magistratus à Rege datos, mereri quidem amittere dignitatē suam, si qua in re suo officio abutantur? at eam tamen nemo illis auferre potest, quamdiu eos Princeps, à quo solo pendent, dignitate sua fungi patitur. Simili modo Principes infideles, licet *merito sua infidelitatis mereantur potestatem amittere*: tamen quia sunt à Deo constituti, & solo Deo minores, non possunt nisi à Deo destitui imperio ac deponi. Et verò idem Thomas, in expositione epistolę Pauli superius hoc capite relata, satis aperte indicat, Ecclesiam non habere eam autoritatem qua possit Ethnicos deponere: ait enim esse con-



tra ius diuinum, prohibere ne Principum infidelium iudicio stetur à subditis. Constat autem, Ecclesiam nihil contra ius diuinum, vel iubere, vel prohibere posse. Porro tollere Principibus infidelibus *ius Domini & Prælationis*, est re vera prohibere ne ipsorum iudicio stetur: Ecclesia ergo eam potestatem non habet. Et verò peruoluat quisquis velit historias, nusquam inueniet Ecclesiam id sibi iuris assumpsisse, ut de Principibus Infidelibus siue Ethnicis iudicaret. Nec solum propter scandalum abstinuit, ut putat Thomas eo loco, sed propter defectum potestatis, quia non erat iudex infidelium, secundum illud Apostoli ^{1. Cor. 5.}, *quid mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare*. Et quia Principes à Deo constituti, solum Deum supra se iudicem habent, à quo solo deponi possunt. Nec ad rem pertinet, quòd Paulus, dum iubet seruos Christianos dominis suis infidelibus omnem honorem exhibere, illud solum addit, *ne nomen Domini & doctrina blasphemetur*: non enim id dixit, quasi ea sola de causa serui dominis obedire debeant, sed quòd præcipue ea de causa. expressit itaque maximum malum quod inde oriri potuit, ut seruos à contemptu dominorum deterreret, nempe scandalum

dalum pu
 trina C
 lus ijs ven
 iugo seru
 scandalu
 facerent
 eos non fa
 docet, f
 scandalum
 catis loc
 super on
 Relic
 polliciti
 de iure a
 Regum &
 esse, ex p
 demonstr
 difficilis.
 Pontific
 Christia
 Principi
 caulis, a
 hæc sunt
 lum appe
 index p
 det Ioan
 summe a

dalum publicum totius Ecclesiæ Dei & doctrinæ Christianæ. Non vult ergo Apostolus ijs verbis, seruos posse se licitè subtrahere iugo seruitutis, inuitis dominis, si id sine scandalo possent Ecclesiæ; furtum enim sui facerent^o, iure gentium; sed vult ostendere eos non solum peccare, quod alibi apertè docet^p, sed etiam publicum toti Ecclesiæ scandalum generare: quod singulorum peccatis longè grauius & perniciosius est, & super omnia euitandum.

^o L. ancilla
60. D. de
furt. l. 1. C. de
ser. fugit.
p Rom. 13.
ad Philip. 6.
Coloss. 3.

Reliquum igitur nunc est, vt, quod sumus polliciti, superiorem Bellarmini sententiam de iure abdicandorum siue deponendorum Regum & Principum Ethnicorum, falsam esse, ex principijs ab eo positis & concessis, demonstremus. Res est expedita, nec factu difficilis. Nam libro secundo de Romano Pontifice^a, fatetur, Apostolos, & reliquos Christianos omnes, æquè subiectos fuisse Principibus Ethnicis, in ciuilibus omnibus causis, atque cæteros homines. verba eius hæc sunt. *Respondeo, primùm dici posset Paulum appellasse ad Casarem, quia de facto erat iudex ipsius, etsi non de iure: ita enim respondet Ioannes de Turrecremata lib. 2. cap. 96. Summa de Ecclesia. Secundo dici potest, & me-*

lius



lius, cum Alberto Pighio lib. 5. Hierarchie Ecclesiastica cap. 7. discrimen esse inter Principes Ethnicos & Christianos. Nam quo tempore Principes erant Ethnici, non erat Pontifex iudex illorum, sed è contrario illis subiectus erat in ciuilibus omnibus causis, non minus quàm ceteri homines. Quòd enim non esset Pontifex iudex illorum, patet: quia non est iudex nisi fidelium, iuxta illud, 1. Corin. 6. Quid ad me de his, qui foris sunt, iudicare. Quòd verò è contrario esset ipse illis subiectus ciuilitè, de iure, & de factò, patet etiam. Nam lex Christiana neminem priuat suo iure & dominio. Sicut ergo ante Christianam legem homines subiecti erant Imperatoribus, & Regibus: ita etiam postea. Quare Petrus & Paulus passim hortantur fideles, vt subditi sunt Principibus, vt patet ad Rom. 13. ad Titum. 3. & 1. Pet. 2. Meritò itaque Paulus Casarem appellauit, eumq; iudicem agnouit, cum accusaretur seditionis & tumultus in populo excitati. Hæc ille, ex quibus patet non solum defectum virium in causa fuisset, cur primi Christiani non deposuerint Principes Ethnicos, sed etiam quia ius omne, diuinum, & humanum, tali factò repugnabat. idque eodem libro, eodemque capite apertius docet, cum dicat iudicare, punire, deponere,

deponere
quod v
iudicium
Iam
eo pos
peritus
tumis
sent, no
Dioctet
os Prin
lubili
Su
Atq
ro
Et ca
nic
Ergo
ve
Propos
sumptio
Conclu
saria con
tro oppo
iure pos
&c. sed
bantur

deponere, ad superiorem tantum pertinere, quod verissimum est, & communi hominum iudicio extra controuersiam confirmatur.

Iam verò ex his certissimis principijs, ab eo positis & concessis, quilibet ratiocinandi peritus facile colliget, Christianos, quantumuis numero & viribus potentes extitissent, non potuisse iure deponere Neronem, Diocletianum, & cæteros Ethnicos & impios Principes. idque hac firmissima & indissolubili demonstratione concluditur.

Subiecti non possunt iure iudicare, punire, vel deponere superiorem:

Atqui omnes Christiani erant subiecti Neroni, Diocletiano,

Et cæteris Imperatoribus ac Regibus Ethnicis.

Ergo non poterant eiusmodi Imperatores vel Reges deponere.

Propositio ab eo concessa est, itemque summaria, & certissima veritate nituntur: Conclusio autem ex antecedentibus necessaria consecutione pendet, atque ex diametro opponitur ei quod dixit, *Christianos olim iure potuisse deponere Neronem, Diocletianum &c.* sed quia viribus temporalibus deficiebantur eo consilio abstinuisse. Falsum igitur illud



illud est, & reprehensione dignum; siquidem aientia & negantia simul vera esse nequeunt. Hinc etiam patet falsitas opinionis D. Thomæ, quam suprà hoc capite refutauimus.

C A P. XXII.

Dixi Bellarminum triplici argumento vsum esse, ad tertiæ rationis suæ confirmationem; quæ est, *non licere Christianis tolerare Regem infidelem vel hereticum &c.* ex quibus primi iam vitia notavi: reliqua autem duo cuiusmodi sint, & quam vim habeant, hoc capite & sequenti peruestigandum est. Secundum igitur argumētum hoc est. *Tolerare Regem hereticum vel infidelem, conantem pertrahere homines ad suam sectam, est exponere religionem evidentissimo periculo. At non tenentur Christiani, imò nec debent, cum evidenti periculo religionis tolerare Regem infidelem. Nam quando ius diuinum & humanum pugnant, debet seruari ius diuinum, omisso humano. de iure autem diuino est seruare veram fidem & religionem, qua vna tantum est, non multa; de iure autem humano est, quod hunc aut illum habeamus Regem.*

Ad

Ad
os, yne
ex ait
simul
poner
nentu
ti per
lem, re
tenent
religio
cluda
gem i
tio q
quàm
quid ei
ma rati
argume
positio
non ver
cum, ve
nes ad
eident
ligione
vicio R
fine cul
eius lib
dium,

Ad hæc respondeo, Bellarminum & alios, vnde ipse ista acceperit, non rectè, neque ex arte hîc ratiocinari: sed duo argumenta simul confusè & permixtim sine forma proponere. Nam pro eo quod assumit, *at non tenentur Christiani, imò nec debent, cum evidenti periculo religionis tolerare Regem infidelem.* reponi debet in bona dialectica. *at non tenentur Christiani, imò nec debent, exponere religionem evidentissimo periculo, vt inde concludatur, non licere Christianis tolerare Regem infidelem vel hæreticum.* Nam assumptio quam ipse ponit, nihil ferè aliud est, quàm ipsa propositio controuersa. Sed vt aliquid ei largiamur, demus eum optima forma ratiocinationem confecisse, & ad vim argumenti respondeamus. Dico igitur propositionem eius falsam esse, dico inquam, non verum esse, quòd *tolerare Regem hæreticum, vel infidelem conantem pertrahere homines ad suam sectam, est exponere religionem evidentissimo periculo.* sed est tantùm pati religionem versari in periculo, in quod incidit vitio Regis hæretici aut infidelis, & cui iam sine culpa populi exposita est: cum nullum eius liberandæ iustum & legitimum remedium, præter constantiam & tolerantiam,

omnibus M 2 populo



populo superfit. Hoc autem Christianis vitio verti non potest, nisi eâdem opera priscos illos Patres, & Christianos omnes acriter in-cusemus, qui Constantio, Iuliano, Valenti, & alijs Catholicæ religionis defertoribus, quòd Imperium legitimè essent adepti, sine vlla tergiuersatione, aut minimo rebellio-nis indicio, submissè paruerunt & quos tolle-re de medio vel deponere facillimè potue-runt, eos, quia Imperatores & Reges erant, sunt omni honore, obsequio, & reuerentia prosequuti. Hi ergo sancti Patres, & optimi eo seculo Christiani, tolerarunt quidem Re-ges hæreticos & infideles, quanquam eos deponendi maxima facultas & opportunitas (si vires tantùm temporales spectemus) ipsis suppeteret: at eos tamen nemo sani cerebri vnquam dixerit exposuisse religionem cui-dentissimo periculo, per eiusmodi patienti-am & tolerantiam Christianam. De eo au-tem Rege tolerando loquor, qui vel Ethni-cus ab Ethnicis est constitutus vbi Christi-ani non dominantur: vel qui cùm inaugura-retur, in Christianis est habitus. Nam eligere nullo iure cogente, super se Re-gem, quem sciunt esse hæreticum vel infide-lem, est verè exponere religionem euiden-tissimo

tissimo
piacul
nes qu
Iar
iuris d
illum
concu
iuris, n
ram sic
hæreti
iure d
ille pu
ni, co
atque
expleri
asserunt
machos
non sol
Regem
religion
reddere
sunt De
nus trac
nire, ve
& dest
resisten
endo ne

tissimo periculo, eoq; grande Christianis
piaculum: & qui id faciunt, digni sunt om-
nes qui malè pereant.

Iam verò ad illud quod deducit ex pugna
iuris diuini & humani, respondeo breuiter,
illum valde falli in eo, quòd putet esse ibi
concursum & conflictum diuini & humani
iuris; non sunt enim pugnantia, seruire ve-
ram fidem & religionem, & tolerare Regem
hæreticum vel infidelem, nec alterum de
iure diuino est, alterum de iure humano, vt
ille putat. Sed sunt duo præcepta iuris diui-
ni, colere Deum vera religione, & seruire
atque obedire Regi: quæ simul seruari &
expleri possunt ac debent, vt ipsimet Iesuitæ
asserunt^a: & nos pluribus contra Monarcho-
machos lib. 3. ostendimus^b. Itaque hoc casu
non solum possunt subditi, sed etiam debent,
Regem eiusmodi tolerare, & in vera interim
religione constanter permanere; atque ita
reddere Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ
sunt Dei Deo. Nam si, quod alibi Bellarmi-
nus tradit,^c non licet Concilio iudicare, pu-
niri, vel deponere Papam nitentem turbare
& destruere Ecclesiã Dei, sed tantum ei
*resistere non faciendo quod iubet, & impedi-
endo ne exequatur voluntatem suam*: cur non

^a Contra
Arnaud.
pag. 69.
^b Cap. 8.

^c Lib. 2. de
Rom. Pont.
et cap. 29.

M 3 similiter,



^d Lib. I. de
Rom. Pont.
cap. 9. & lib.
3. cap. 19.

similiter, & potiore etiam ratione, idem de Regibus censeamus? cum & ipsi sint populis, teste eodem^d authore, superiores, & iudicem in terris nullum habeant: cumq; præterea nonnullis magni nominis Theologis visum fit, Concilium Oecumenicum maiore supra Papam autoritate præditum esse, quam habeat populus in Principem? quod Ecclesia nimirum semper Dei spiritu regatur, nec temere quicquam faciat. Populus verò turbinibus seditionum frequenter agitatus multa sine consilio, sine iudicio, impiè, crudeliter, & iniuste molitur.

At difficile est Regem impium tolerare, & veram seruare religionem; reponet aliquis. Fateor equidem, sed impossibile non est. Impossibilitas (detur venia verbo) ab obseruatione mandatorum excusat; difficultas non item. Cæterum quod ait, *de iure diuino est seruare veram fidem & religionem: de iure autem humano est, quod hunc aut illum habeamus Regem;* id quidem totum verum est. sed caue tamen lector ne capiaris. Omisit Bellarminus quod est præcipuum: addere enim debuit, *at ubi hunc vel illum Regem semel habemus, de iure diuino est, ut ei in ciuilibus causis cum omni honore & reuerentia pareamus.*

reamus
tholici
tum p
propo
manu
æquu
concur
scilicet
gem ho
quorum
redder
saris, s
conam
doctrin

Sper
Subst
modo p
populus
hensis a
est ab a
deli. qu
Christi
ex Pa
Gaude

reamus. Hac adiectione, quam nemo Catholicus negare potest, illud eius argumentum prorsus eliditur. Nam in specie ab eo proposita non concurrunt ius diuinum & humanum, vt ille putat (quod si contingeret, æquum esset humanum diuino cedere) sed concurrunt duo capita iuris diuini, veram scilicet fidem & religionem seruare; & Regem honorare, eique in politicis obedire: quorum vtrunque impleri potest & debet, *reddendo vt dictum est, Casari qua sunt Casaris, & qua sunt Dei, Deo.* vt in persona Pape conantis Ecclesiam destruere, ex Bellarmini doctrina iam didicimus.

CAP. XXIII.

SVperest postremum argumentum, quod subtili sed captiosa interrogatione hoc modo proponit. *Deniq; cur non potest liberari populus fidelis à iugo Regis infidelis, & pertrahentis ad infidelitatem, si coniunx fidelis liber est ab obligatione manendi cum coniuge infideli, quando ille non vult manere cum coniuge Christiana, sine iniuria fidei, vt apertè deducit ex Paulo I. ad Corin. 7. Innocentius III. cap. Gaudemus, extra de diuortijs? non enim mi-*



nor est Potestas coniugis in coniugem, quàm Regis in subditos; sed aliquanto etiam maior.

Nihil hoc argumento frequentius est in ore omnium Monarchomachon, quòd eò faciliè quamplurimos fallant. est enim eiusmodi, quòd non aliud aut primo aspectu magis moueat, aut penitus inspectum & intellectum minus vrgeat. Ad id igitur respondeo, longè diuersa & dissimilia hæc esse, *liberari à iugo alicuius, & liberari ab obligatione manendi cum aliquo, & propterea haud rectè componi & comparari inter se: quandoquidem ne ipse quidem coniunx, cui obligatio manendi cum aliquo remittitur, protinus à iugo eius vnde decedit hoc ipso liberatur, cuius rei quotidie exempla nobis Ecclesia suppeditat, quæ coniuges ex varijs causis, quoad torum & mensam, vt aiunt, hoc est, quoad conuersationem & obligationem manendi cum altero coniuge, liberat & absoluit, manente nihilominus matrimonij iugo, quod Christi & Ecclesiæ sacramentum est. Quapropter talis argumenti à coniugibus ducti vis nulla est, nisi à iugo maritali siue matrimoniali, ad iugum regale procedat, veluti si dixerit, cur non potest liberari populus fidelis à iugo Regis infidelis & pertrahentis*

hentis a
est à iug
Reuerer
illud arg
deris &
responde
coniugib
matrimon
refim vel
aut de c
quorum
uersus e
stitione
oribus a
authorem
gio ne ver
mus: & p
gumeto n
fidelem li
quando i
Christian
expresse
tra. de I
coniugum
ad genti
hoc casu
fit ad sec

hentis ad infidelitatem, si coniunx fidelis liber est à iugo coniugis infidelis. Quod si placeat Reuerendissimo Domino Bellarmino, suum illud argumētum in hoc conuertere, vt ponderis & momenti plus habeat, tunc aliter ei respondebo. Nempe aut loqui eum de illis coniugibus, qui cum essent ambo fideles matrimonium contraxerunt, & alter ad hæresim vel infidelitatem postea delapsus est: aut de coniugibus ethnicis & infidelibus, quorum alter ad fidem Christianam conuersus est, altero pertinaciùs in suam superstitionem paganicam incumbente. Si de prioribus argumentum intelligit, malè laudat authorem Innocentium, qui de tali coniugio ne verbum quidē in dicto cap. Gaudeamus: & præterea falsum esset quod pro argumēto nobis obtrudit; videlicet coniugem fidelem liberū esse à iugo coniugis infidelis, quando ille non vult manere cum coniuge Christiana sine iniuria fidei. vt idē Innocētius expressè docet in cap. Quanto. §. si verò. extra. de Diuort. *Si vero, inquit, alter fidelium coniugum vel labatur in Hæresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus quod in hoc casu is qui relinquitur, viuente altero, possit ad secundas nuptias conuolare, licet in hoc casu*



casu maior appareat contumelia Creatoris. Et rursus idem Innocentius in cap. ex parte extra. De conuers. coniugat. in eandem sententiam rescribit. Matrimonium scilicet inter legitimas personas contractum, & carnali copula consummatum, in nullo casu posse dissolui, etiam si vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret Hereticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris. En vt argumentum à coniugibus deductum non modo non pugnat pro istorum sententia, sed eam acriter oppugnat: veluti si *dispersis*; argumentum aliquis per interrogationem, hoc modo proponat. *Cur liberari debet populus fidelis à iugo Regis infidelis vel Heretici conantis pertrahere subditos ad suam sectam, si coniunx fidelis non est liber à iugo coniugis infidelis, licet ille noluerit manere cum coniuge fidei sine iniuria fidei, & contumelia Creatoris.* Vt apertè docet Innocent. III. in cap. Quanto. §. si verò. De Diuort. & in cap. ex parte. De conuers. coniugat. adeo vt Pannon. in illum. §. Si vero. dicat, ex ratione ibi posita sequi, Ecclesiam non posse tale matrimonium dissoluere, & liberare coniugem fidelem à iugo coniugis infidelis: cum tamen multo facilius possit coniunx fidelis à coniuge

ge


in
ge infide
uerti. Sa
pulus Re
& diuin
quam illu
facile con
tero Eccl
Quod t
gumentu
est, ex ea
nimirum
Matrim
coniunc
iufmodi
trimonij
conferu,
mi & offen
ro, vbi ei
per repudi
enim mul
mittere se
onem dif
infideles, i
et si, inq
les exi
legunt c
fideles au

ge infideli, quàm totus populus à Rege per-
uertit. Sed & vinculum subiectionis quo po-
pulus Regi astringitur, cùm sit iuris naturalis
& diuini, videtur difficilius dissolui posse,
quàm illud coniugum inter se: vt inde quis
facile contendat, non plus in vno quàm in al-
tero Ecclesiam posse.

Quòd si de posterioribus coniugibus ar-
gumentum intelligat, in promptu responsio
est, ex eadem Innocentij epistola Decretali:
nimirum inter tales coniuges non esse ratum
Matrimonium, quantum ad indissolubile
coniunctionis vinculum attinet. & ideo e-
iusmodi coniuges plenam dissoluendi Ma-
trimonij libertatem habent, vt vel mutuo
consensu, & bona gratia, vel *cum ira sui ani-
mi & offensa* discedant; & alter inuito alte-
ro, vbi ei libitum sit, nexum illum coniugij
per repudium & diuortium dissoluat; æquè
enim mulier viro, ac vir mulieri repudium
mittere solet. ^a Vnde idem Innocentius rati-
onem differentiae inter coniuges fideles &
infideles, in eodem capite, hanc tradit. *Nam
etsi*, inquit, *Matrimonium verum inter infide-
les existat* (quia scilicet secundum præcepta
legunt coeunt ^b.) *non tamen est ratum: inter
fideles autem verum & ratum existit, quia sa-*
cra-

^a I. Lucius
38. D. solut.
matr.

^b Iustit. de
nupt.



cramentum fidei quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, ut ipsum in coniugibus illo durante perduret. Non mirum ergo si coniunx ad fidem perductus, à coniugis in infidelitate manētis consortio & potestate liber sit: cum etiam si ambo in infidelitate mansissent, æquè liberum alterutri eorum fuisset ab altero recedere, & Matrimonium repudio dissolvere: quia nullum initio inter eos ratum & firmum obligationis vinculum intercessit. Et ideo ne coniunx fidelis, ab infideli volente cum eo habitare, recedat, non præcipit ^e *1. Corinth. 7.* Apostolus ^c, sed consulit: ut doctè & elegantè docet. *S. August. lib. 1. de adulterinis coniugijs, & sacri Canones inde desumpti nos admonent* ^d.

^d *28. q. 1. can. 8. & 9.*

Quæ cum ita sint, sequitur profectò, aduersarios nequicquam argumentum à coniugibus petere ut populum à regali iugo posse liberari doceant, siue fidelium, siue infidelium coniugia spectent: quòd illi quidem arctissimo & indissolubili societatis nexu copulentur; cuius vinculum neq; propter infidelitatem, neq; propter Hæresim alterutrius infringi, ne quidem ab Ecclesia, potest: ut inde potius ad regalis imperij firmitatem & perpe-

perpetu
& direm
tat; Hi
cessitate
conuersi
scandalo
asciscat
marito re
Cum itac
gium exi
domina
lege, tar
probata
potest, q
gumētum
societate
potest, ac
dum dedu
plane simi

A Dr
Bel
summu
Princip
potest

perpetuitatem, quàm ad eius dissolutionem & diremptionem, argumentum nobis suppetat; Hi verò nulla prorsus obligationis necessitate astricti sint in facie Ecclesiæ, quin conuersus ad fidem maritus, si pars eius sine scandalo sequi nolit, aliam suo sibi arbitrio asciscat: & contrà, mulier ad fidem perducta, marito renuente, cui uolet in Christo nubat. Cùm itaq; nullum inter istos ratum coniugium existat, & subiectio politica, ac regalis dominatio, inter omnes gentes, & in omni lege, tam iure diuino quàm humano, rata & probata sit: quid absurdius aut ineptius dici potest, quàm illa inter se componere, & argumentum aliquod ab infidelium coniugum societate & iugo, quod excuti pro arbitrio potest, ad regalis imperij iugum repellendum deducere, & idem de utroq; quasi de plane similibus, iudicare?

C A P. XXIV.

ADmonui Capite XIII. quinque apud Bellarminum rationes esse, quibus summum Pontificem in omnes Reges & Principes seculares Christianos temporale potestatem habere contendit. ex ijs tres iam percur-



percurrimus, & quàm parum firmæ sint, quibusq; vitijs laborent, indicauimus. Restat in duas reliquas inquirere, quæ neutiquam meliore iure consistunt. earum prior his verbis ab eo proponitur.

Quando Reges & Principes ad Ecclesiam veniunt, ut Christiani fiant, recipiuntur cum pacto expresso vel tacito, ut sceptrâ sua subijciant Christo; & polliceantur se Christo fidem seruaturus & defensuros, etiam sub pœna regni perdendi: ergo quando sunt hæretici, aut religioni obsunt, possunt ab Ecclesia iudicari, & etiam deponi à principatu: nec vlla eis iniuria fiet si deponantur.

Huic rationi respondetur, negando consequentiam. Nam licet verum sit, Principes ad Ecclesiam venientes se sceptrâq; sua Christo submittere, & vel vtrò ea promissa seu tacitè seu expressè facere, quæ Bellarminus commemorat: non tamen verum est, nec inde sequitur, eos iudicari & deponi posse ab Ecclesia, vel summo Pontifice, si fidem fallant, & pactum ac iusiurandum negligant. quia summa illa Christi iurisdictionis & potestatis temporalis in Reges omnes & Mundum vniuersum, quam habet vt Dei filius, non competit Ecclesiæ vel Pontifici; sed tantum illa

in
illa potest
cum inter
tur, secu
est: vnd
dicimus,
quod hab
nes huma
possimus
ut Deus, q
sed solam
Christus
testatè v
homines
Ecclesia,
carius Ch
habere po
idem vir d
licet Reges
siam veni
ant, & Ch
bent & R
liudiciur
agitur, ill
etiam Ecc
apparet,
conclusi
Bellarmin

illa potestas quam Christus sibi assumpsit, cum inter homines humano more versaretur, secundum quam Papa Christi vicarius est: unde ipsemet Bellarminus ^a perbellè, ^{a Lib. 5. de Rom. Pous. cap. 4.} dicimus, inquit, *Papam habere illud officium, quod habuit Christus, cum in terris inter homines humano more viueret. Neq; enim Pontifici pessimum tribuere officia, quæ habet Christus, ut Deus, vel ut homo immortalis & gloriosus, sed solum ea, quæ habuit ut homo mortalis.* At Christus nullum tēporale dominium & potestatem vsurpauit, dum in terris ut homo inter homines ageret, ac proinde neq; Ecclesia, ut Ecclesia, neq; Papa ut caput Ecclesiæ, & vicarius Christi, vllam tēporalem potestatem habere potest, ut pluribus explicat & probat idem vir doctissimus illo capite. Quapropter licet Reges & Principes, quando ad Ecclesiam veniunt, Christo Deo regnum subijciant, & Christum iudicem habeant, à quo habent & Regnum: tamen quia de re temporali iudicium est, quando de regno commissio agitur, illum solum iudicem habent; non etiam Ecclesiam vel Papam. Ex quo facile apparet, quàm sint captiosæ illæ rationes & conclusiones, quas Sanderus, à quo sua hæc Bellarminus accepit, ex eiusmodi promissis seu



seu tacitè seu expressè factis deducit. Nam quod ad illas interrogandi & respondendi formulas, quas inter Papam & Principes ad Ecclesiam accedentes, verbosè & vitiosè confingit: respondendum est, illas ineptè ab eo conceptas esse, & neq; debere neq; solere in Principum Ethnicorum ad Ecclesiam venientium receptione interuenire, ne Ecclesia aut suspectos eos habere, aut male de ijs ominari videatur. Itaq; ardens in Christum amor, & præsens fidei confessio, vnà cum ijs promissis, quibus generaliter spondent se Christo nomen daturus, & eius Ecclesiæ filios futuros, diabolo & eius operibus renunciaturus, Dei & Ecclesiæ mandata seruaturus, & id genus alia, vt recipiantur, abundè sufficiunt. Quæ omnia promittunt quidem Christo, acceptante promissionem Ecclesia, tanquam eius sponsa in cuius sinu regeneratur; aut ipso Pontifice non vt homine, sed vt Christi Dei ministro vicariam operam præbente; ac proinde ipsi Christo, per Ecclesiam vel Papam, obligatio principaliter acquiritur. vnde licèt alia quoq; omnia sponderint, quæ Sanderus fictitiâ sua formulâ comprehendit, & pactum conuentum postea neglexerint, aut prorsus contempserint,

ab

in
ab eo folo
rarunt, c
dominus
tempora
eo cui re
recipiend
Ang; hi
gubernatio
nimus. Q
rant, sue
vocentur
prius in
est, fueri
tum fidei
Homini
præstiterin
quod succ
iurandum
um Cane
ter deleg
larius ita
iurantes.
in ciuili a
porali se
sub Ch
clesiæ,
terposi

ab eo solo puniri possunt in cuius verba iuraverunt, quique omnium rerum temporalium dominus est, & quem supra se iudicem in temporalibus solum habent; non autem ab eo cui rerum tantummodo spiritualium & recipiendæ promissionis cura commissæ est.

Atque his quidem simillima sunt, quæ in gubernatione civili quotidie observari cernimus. Qui ad feudorum successorem aspirant, siue iure hæreditario, siue alio titulo vocentur, non aliter ijs frui possunt, quam si prius in clientelam eius qui feudi dominus est, fuerint recepti, id est, nisi prius sacramentum fidelitatis, quod vulgo *Homagium* siue *Hominium* vocant, conceptis verbis domino præstiterint. Quod si feudum regium sit, in quod succedunt, raro Rex ipse fidelitatis iurandum acceptat, sed ut plurimum per suum Cancellarium, aliumve ad hoc specialiter delegatum, id operis exequitur. Cancellarius itaque, cum Magnates in verba Regis iurantes, ad fenda & dignitates admittit, eas in civili administratione & iurisdictione temporali sub Rege partes obit, quas Pontifex sub Christo in spirituali gubernatione Ecclesiæ, cum Principes ad eam venientes, interposito fidelitatis & pietatis erga Deum

N

sacra-



sacramento, recipit. Et ut ille quidem clientem semel recepto, (licet postea fidem frangat, crimenq; committat quod feloniam vocat) ex nulla causa feudum auferre potest, quod solius ius Regis sit, minimeq; Cancellario concessum: ita neq; hic receptos in Ecclesiam Principes, quantumuis grauius postea delinquant, fideiq; desertores fiant, regnis & ditionibus priuare, aut alio modo *temporaliter* punire potest; quod sit illud soli Deo reseruatum. Quanquam igitur Reges & Principes Christiani sunt in Ecclesia, & quatenus filij Ecclesiæ, sunt Ecclesiæ & Pontifice inferiores, tamen quatenus ipsi supremum magistratum temporalem in terris gerunt, inferiores non sunt, quin potius superiores; & ideo licet fortè regnum ex pacto tacito vel expresso commiserint, id illis tamen auferre neq; populus, neq; Papa, neq; Ecclesia potest: sed solus Deus Opt. Max. à quo omnis potestas est, & quo solo in ciuili administratione minores sunt. Nec vnquam poterit vel Bellarminus, vel alius quispiam, efficax ali-quod testimonium ex vllius seculi monimentis eruere, quò nobis planum faciat, Reges & Principes seculares, dum ab Ecclesia ad fidem recipere, ita iuri suo renunciaffe,

vt

in
 vt & impo
 ceperant
 negotijs
 porali p
 Hoc aut
 possit, ne
 pes eodem
 nitate, reg
 ceptam re
 clesiam v
 uersarij
 nat iure
 nem sup
 ter solun
 que post
 hac dere
 ne, dixim
 Quod a
 Nam non
 non est pa
 sum amit
 nus Luc.
 patrem, &
 huc autem
 esse d'isp
 nemo e
 ratio nō

vt & imperium temporale, quod à Deo acceperant, prorsus deponerent, & seiplos in negotijs politicis iudicandos, poenaq; temporali plectendos, Ecclesiæ subijcerent. Hoc autem si nemo eorum demonstrare possit, necesse est fateantur Reges & Principes eodem iure, eademq; libertate & auctoritate, regna atq; imperia sua post fidem susceptam retinuisse, quibus antequam ad Ecclesiam venissent possidebant: quia, vt aduersarij fatentur, *Lex Christi neminem priuat iure suo.* Si ergo ante baptismum, neminem super se iudicem in temporalibus, præter solum Deum, habebant; neminem quoque post baptismum habere potuerunt. Sed hac de re plura, in primæ rationis refutatione, diximus. Boziana deliria nihil hîc moror.

Quod autem huic quartæ rationi subijcit. *Nam non est idoneus sacramento baptismi, qui non est paratus Christo seruire, & propter ipsum amittere quicquid habet.* ait enim Dominus Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus;* id quorsum spectet non video. nemo certè hoc negat. Sed quid inde? talis ratio nō magis ad institutum pertinet, quàm



quod est remotissimum. vt nec illud quod ibi sequitur; *præterea*, inquit, *Ecclesia grauius erraret, si admitteret aliquem Regem qui vellet impune fouere quamlibet sectam, & defendere hæreticos, ac euertere religionem.* Est hoc fanè verissimum. Sed, vt dixi, nihil ad institutum pertinet. Non enim de ea re hîc quæstio est; sed de potestate temporali Ecclesiæ, siue summi Pontificis, qui eius Vicarium sub Christo caput est: num eam scilicet potestatem habeat, quâ Reges & Principes ritè receptos, si postea fidem fefellerint, ac susceptum in lauacro regenerationis officium deseruerint, temporalibus poenis coercere possit, necne. huius autem quæstionis neutra pars, hisce sequelis & appendicibus, vel probatur, vel improbat: ob eamq; causam missas facio.

C A P. XXV.

Quinta & postrema ratio est, ex cura & officio Pastoralis. *Cum Petro dictum est, inquit, pasce oues, ioan. vlt. data est illi facultas omnis, quæ est Pastori necessaria ad gregem tendendum, at pastori necessaria est potestas triplex, nimirum vna circa lupos, vt eos arceat omni*
ratione

ratione qu
quando co
cludere: t
tribuat co
cem potest

Ex hoc
illi videtur
tur. Sed ne
mis ad istu
quidem ve
de contra
me collig
Pontificer
testatem h
cipes Chri
rius, & D. F
esse necessar
tifici, ad m
dum explen

Id autem
cluditur. C
Petro, dedi
riam ad tue
ci potestatem
temporalis
gregem. I
Absurdum

*ratione qua poterit: altera circa arietes, ut si-
quando cornibus ladant gregem, possit eos re-
cludere: tertia circa oves reliquas, ut singulis
tribuat conuenientia pabula: ergo hanc tripli-
cem potestatem habet summus Pontifex.*

Ex hoc principio & fundamento tria, vt
illi videtur, argumenta vrgentia deducun-
tur. Sed ne longius abeat, respondeo in pri-
mis ad istud ipsum fundamentum, totum
quidem verum esse, ac pro me stare, atq; in-
de contrarium eius quod ipse asserit bellissi-
me colligi posse. colligi inquam, summum
Pontificem nullam omnino tēporalem po-
testatem habere, aut exercere posse in Prin-
cipes Christianos, quatenus Christi vica-
rius, & D. Petri successor est: quinimo non
esse necessariam eiusmodi potestatem Pon-
tifici, ad munus suum pastoritium obeun-
dum explendumq;.

Id autem hoc argumento euidenter con-
cluditur. Christus commendando suas oves
Petro, dedit ei omnem potestatem necessa-
riam ad tuendum gregem. Atqui non dedit
ei potestatem temporalem: ergo potestas
temporalis non est necessaria ad tuendum
gregem. Deinde progrediemur hoc modo;
Absurdum est summum Pontificem, quate-



nus successor est B. Petri, habere plus potestatis, quàm habuit ipse Petrus: at Petrus non habuit vllam potestatem temporalem in Christianos: ergo nec summus nunc Pontifex, quatenus successor eius est.

Cap. 6.

Prioris ratiocinationis propositio, extra omnem controuersiam est. Assumptio autem probatur testimonio & confessione ipsius Bellarmini. Nam libro quinto de Rom. Pontif. ^a ubi suam de his rebus sententiam, similitudine carnis & spiritus, stabilire conatur, sic scribit. *Ut enim se habent in homine spiritus & caro, ita se habent in Ecclesia duæ illæ potestates. Nam caro & spiritus sunt quasi duæ respublicæ, quæ & separata & coniuncta inueniri possunt. inuenitur caro sine spiritu in brutis: inuenitur spiritus sine carne in angelis. & paulò post. Ita prorsus politica potestas habet suos Principes, leges, iudicia, &c. similiter Ecclesiastica suos Episcopos, Canones, Iudicia. Illa habet pro fine temporalem pacem; ista, salutem æternam. Inueniuntur quandoq; separata, ut olim tempore Apostolorum; quandoq; coniunctæ, ut nunc.*

Si separatae erant hæ potestates tempore Apostolorum, ut erant re vera, & de iure & de facto: consequitur necessario, D. Petrum nullam

in
nullam h
loqui fa
si simili
sequens
neum in
spiritual
tempora
spirituali
dum est,
esse nec
vel ipsur
summum
bus rebu
sarijs mu
tem ex c
ratione fu
erat. data
nem necess

Idem et
testas pol
ab Ethni
trus, test
caput, &
in tempor
tur D. Pe
præditu
pibus ac

nullam habuisse temporalem potestatem, alioqui falsum esset eas fuisse separatas. Nam si similitudini ab eo propositæ locus est, consequens erit, ut quemadmodum nihil carneum in angelis reperitur, nihilq; in brutis spirituale: ita tempore Apostolorum, nihil temporalis potestatis in Ecclesia esset, aut spiritualis in humana politia. Ergo fatendum est, vel potestatem temporalem non esse necessariam summo Pastori Ecclesiæ, vel ipsum tunc Principem Apostolorum, & summum Pastorem D. Petrum, non omnibus rebus ad pastoralis officij curam necessarijs munitum instructumq; fuisse. Hoc autem ex diametro opponitur ei quod in sua ratione fundamentali, ut ita loquar, iam dixerat. *datam scilicet esse Petro facultatem omnem necessariam ad gregem tuendum.*

Idem etiam probatur ex eo, quod tota potestas politica & temporalis pendebat tunc ab Ethnicis Principibus, quibus ipsemet Petrus, teste Bellarmino ^b, quamvis Ecclesiæ caput, & Christi vicarius, de iure & de facto in temporalibus subijciebatur: ex quo sequitur D. Petrum vel nulla potestate temporali præditum fuisse, vel eam ab Ethnicis Principibus accepisse: alioqui, ut modò diximus,

^b Lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29.



falsum esset has potestates fuisse tunc separatas. At certum est eum nullam ab istis accepisse, proinde nec ullam habuisse. Et verò hæ rationes apertiores sunt, quàm quibus aliquis sine fraude reniti & repugnare possit. ut mirum sit, homines eruditos, cæteraq; pios, ita zelo quodam inconsiderato occæcari, ut dubia pro certis, pro perspicuis obscura, pro rectis contorta, pro expeditis deniq; inuoluta & implicata multis controuersijs & contradictionibus, amplecti & sequi non dubitent. At sedem Apostolicam huiusce potestatis & autoritatis accessione amplificare & ornare student. Ecquis verè Catholicus, propensos in sedem illam animos, vnde fidei nostræ fundamentum & firmamentum est, non laudet? Quòd sedem illam ornant, & efferunt, quam nemo satis pro dignitate laudare possit, eos equidem laudo: sed quòd plus ei tribuunt quàm oporteat, idq; magno cum multorum scandalo, id ego sane non laudo. Nam & nos quoq; non minus eam ipsam sedem veneramus, non minus amamus, suspicimus, admiramur: utpote quæ verè sedes Petri est, & in petra qui Christus est collocata, omnes hæreses superauit, atque in Ecclesia summum iure prin-

principi
testati
tas: te
entia
quem
nostra
meritis
Non
tionem
tro dixi
dem p
ritual
nem f
ex que
esse Pe
am Pet
pimus,
Apostol
esse, cu
tores,
verbis
tuum
dem ef
alem f
mors a
tur; in
digijs

principatum obrinet. Sed ne eam isto potestatis incremento augeamus, vetat veritas: testimonium nobis perhibente conscientia, coram Deo & Domino Iesu, ante quem in die reuelationis iusti iudicij, & hæc nostra, & illa ipsorum scripta, suis signata meritis apparebunt.

Non est ergo quòd superiorem pro se rationem adferant. Nam Christus quando Petro dixit, *Pasce oves meas*, constituit eum quidem pastorem gregis sui; sed pastorem spiritualem, non temporalem: deditque ei omnem facultatem ad id muneris necessariam: ex quo patet temporalem potestatem non esse Pontifici necessariam: quia Christus eam Petro non contulit. Nec vsquam accepimus, aut D. Petrum, aut alium quemlibet Apostolorum, temporali potestate functum esse, cuius imperio in Christianæ fidei desertores, seu directè seu indirectè (ne quis in verbis vim faciat) ciuilibus pœnis Magistratum more animaduerneret. Verum quidem est, effectum esse aliquando, vt spiritualem sententiam pœna temporalis, veluti mors aut cruciatus, per miraculum sequeretur; indigente nimirum tunc signis ac prodigijs ad firmendam fidem Ecclesia. cuius-

modi



modi supplicia longè maiorem Christianis animis metum incutiebant, quàm si humano more, pœnas Potestati civili pendissent. Atque hoc nimirum illud est, quod ad Corinthios scribit Apostolus ^{c.}, *quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Virgam vocat hanc potestatem spirituales, quæ, Deo mirabiliter operante, temporales etiam effectus tunc temporis producebat: vt etiamnum aliquando, apud populos recens Christo lucrifactos, pari de causa producit.

C A P. XXVI.

HÆc cum ita sint, facilior nobis via sternitur ad eorum argumentorum refutationem, quæ Bellarminus ex superiore suo fundamento, à nobis iam explicato, & in ipsum retorto, deducit. Concidunt enim, partim suo pte vitio, partim quòd fundamento cui superstruuntur non satis cohærent. Nam primum ex eo quòd *pastori necessaria est potestas circa lupos, vt eos arceat omni ratione qua poterit, ratiocinatur hoc modo. Lupi qui Ecclesiam Dei vastant, sunt hæretici: ergo si Princeps aliquis ex oue aut ariete fiat lupo, id est*

est. e.
Eccle
& s
proi
S
simu
Nam
cere
nicat
prin
uatu
re, n
trin
rius
pax E
sti pe
discip
est,
quer
exco
nici
ba s
quam
gult
cal
me
Imp

est, ex Christiano fiat hæreticus, poterit pastor
Ecclesia eum arcere per excommunicationem,
& simul iubere populo, ne eum sequantur, ac
proinde priuare eum dominio in subditos.

Sed fallitur aut fallit, coniiciendo vera
simul & falsa in eandem conclusionem.
Nam quod ait, pastorem Ecclesiæ posse ar-
cere Principem hæreticum per excommu-
nicationem: id quidem verum est, & ex
principio illo necessaria consecutione deri-
uatum. Sed posse quidem, non etiam debe-
re, nisi cum id sine scandalo, & Ecclesiæ de-
trimento, commodè facere possit: vt supe-
rius ostendi. ^a Nam vbi periculum est, ne
pax Ecclesiæ dissoluatur: neue membra Chri-
sti per sacrilega schismata lanientur, diuina
disciplina seuera misericordia necessaria est (id
est, totum diuino iudicio & vltioni relin-
quendum est) Nam consilia separationis (id est
excommunicationis) & inania sunt & per-
niciosa atque sacrilega, quia & impia & super-
ba sunt, & plus perturbant infirmos bonos,
quàm corrigunt animosos malos. Hęc S. Au-
gustini doctrina est ^b, communi Ecclesiæ ^b Lib. 3. cap.
calculo approbata ^c: ex qua patet, quàm te-
merè & imprudenter Pontifices quidam,
Imperatores, & Reges potentissimos, cum
magno

^b Lib. 3. cap.
2. contr. epist.

Parmeniani.

^c 23. quæst.

^d can. non
potest.



magno totius orbis scandalo, & pacis Ecclesie dissolutione, per excommunicationem ab Ecclesia separarint, quos longè fatius fuisset tolerasse, & eorum delicta indicasse tantum, atque cum gemitu in Ecclesia luxisse, *propter compensationem custodienda pacis & unitatis, & propter salutem infirmorum, & tanquam lactentium frumentorum, ne membra corporis Christi per sacrilega schismata lanientur*^d. Potuerunt igitur hoc facere Pontifices, sed non debuerunt. *Non omne quod licet, honestum est.* Scitè Apostolus ^e, *omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Prima igitur conclusionis pars vera est, posse scilicet pastorem Ecclesie arcere Principes hæreticos per excommunicationem.

Quod autem sequitur, *& simul iubere populo ne eum sequantur*: Duas habet ansas, ut cum Epicteto loquar, unam integram, alteram fractam. Duplicem inquam intellectum; verum unum, & vitiosum alterum. Nam si id eò dicat, quòd Pontificis sit præcipere subditis, ne Principem hæreticum in sua hæresi sequantur, ne unà cum eo insaniant & damnatos errores combibant; ne corruptis eius moribus sese infici & inquinari patiantur: æquè verum est, & ex eodem principio

^d August
ubi Sup.

^e 1. Corin. 6.
& 10.

principi
que hic
Nihil e
astico e
& decor
vile & n
quorum
Pontifex
prædicer
portuè.
omni p
testes f
constitu
verbo &
res secte
minis, au
ratuè. Q
omnino n
multò qu
vinciam
fratercul
nostro se
abolicos.
state, abr
est. At
num, tu
la hæc f

principio & fonte rectissimè deriuatum : est-
que hic. verborum illorum sensus optimus.
Nihil enim Pontificali dignitati, & Ecclesi-
astico ordini vniuerso, tam conueniens est
& decorum, nihilq; populis Christianis tam
vtile & necessarium, quàm vt ad instar anti-
quorum Patrum Ecclesiæ, ipsemet in primis
Pontifex Max. cæterique eius fratres omnes,
prædicent verbum, & instent opportunè, im-
portunè, arguant, obsecrent, increpent, in
omni patientia & doctrina ^f : vt tanquam ^{f. 2. Tim. 4.}
testes fideles, & serui boni, quos Dominus
constituit super familiam suam, id agant
verbo & exemplo, ne populus Regis sui erro-
res sectetur, neu fidem Catholicam vllis aut
minis, aut muneribus regijs dissimulet, dese-
ratuè. Quod quoniam plerique ipsorum aut
omnino nunc non faciunt, aut segnius certe
multò quàm oportet, & quam ipsimet pro-
uinciam obire debent, mendicis quibusdam
fraterculis mandant : quid mirum si multi
nostro seculo, à caulis dominicis in casses di-
abolicos, errorum velut turbine ac tempe-
state, abripiantur ? Hic sensus, vt dixi, optimus
est. At non eo tamen sensu loqui Bellarmi-
num, tum causa ipsa quam agit, tum clausu-
la hæc sequens, *ac proinde priuare eum domi-*
nio



nio in subditos, palam demonstrant. Fractam igitur ansam nobis porrigit, sensum certè vitiosum, & planè pessimum. Pastorem scilicet Ecclesiæ, subditis iubere posse, ne vlla Principis eiusmodi mandata capeffant, & ne vllū ei obsequiū^r, reuerentiā, obedientiam, honorem, in ijs quæ ad temporalem & politicam gubernationem pertinent, vllō modo exhibeant; ac proinde priuare eum dominio in subditos. hoc autem falsum est, & legi diuinæ ac præceptis Apostolicis contrarium. *time*

¶ *Pro. 24.* *Dominum, fili mi, & Regem^s. Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto*

¶ *Tis. 3.* *obedire^h. Subiecti estote omni creaturæ propter Deum; siue Regi, quasi præcellenti. Deum time, Regem honorificate: ⁱ* & id genus alia.

¶ *1. Petr. 2.* Quæ cum de Regibus impijs, & Ecclesiæ persecutoribus dicta sint (quippe non alij tunc rerum potiebantur) non possunt ad Reges pessimos non pertinere. hoc ergo est quod dixi, fallere eum, aut falli, conijciendo vera simul & falsa in eandem conclusionem. Verum enim est, Pastorem Ecclesiæ posse arcere Principem hæreticum, per excommunicationem; falsum autem, posse priuare eum dominio in subditos. Nam obedientia Regibus, & superioribus omnibus debita,

bita,
igitur
popul
Na
subul
Pauli
quibus
missus
in vete
propor
inum
bus &
tia Re
cipit. A
à lege
dent;
Dei gra
cultus,
tate co
cufflori
non fe
gatur,
id inter
generis
re pos
positio
tem, q

bita, est iuris naturalis & diuini : qui possit igitur summus Pontifex, aduersus eam cum populis vlllo modo dispensare?

Nam qui Scripturas sacras diligentius & subtilius perscrutantur, duplex præceptorum Pauli genus animaduertunt : vnum eorum quibus ius diuinum, ad quod prædicandum missus erat, promulgat, & Dei voluntatem, in vetere aut noua lege comprehensam, proponit exponitque. cuiusmodi præceptis innumeris epistolæ eius refertæ sunt, in quibus & hæc sunt, quæ de obsequio & reuerentia Regibus ac Principibus exhibenda præcipit. Alterum verò genus eorum, quæ non à lege naturæ aut expresso Dei verbo pendent; sed quæ per humanam prudentiam Dei gratia adiutam, ad ordinationem diuini cultus, ipsemet Apostolus propria auctoritate constituit. veluti ne bigamo aut percussori mandetur episcopatus ^k. ne vidua non sexagenaria ad diaconissæ officium ^l eligatur, & similia. Atque inter hæc præcepta id interest, quod in ijs quæ sunt posterioris generis, summus Pontifex ex causa dispensare possit : habet enim non minorem in dispositione & ordinatione Ecclesiæ potestatem, quam ipsemet Apostolus; quòd ei, vt vicario

^k 1. Timoth. 3. Tit. 1. 1. Timo. 3.



Fraçiam
n certe vi
m scilicet
vlla Prin-
& ne vllü
tiam, ho-
& politi-
o modo
minio in
i diuinæ
im. time
none illos
esse, dicto
ure prop-
Deum ti-
us alia.
cclesiæ
non alij
ut ad Re-
ergo est
nijiendo
conclusio-
Ecclesiæ
n, per ex-
posse pri-
Nam obui-
omnibus de-
bita,

*m Ioan. de
zurre crema-
sa in can.
lector. dist.
34.
Matt. 10.*

*o Tit. de le-
gato. S. nunc
ostenden-
dum. nu. 24.*

*p Hippolyt.
de Marjol.
fng. 214.*

*a Cap. cum
ad monaste-
rium. de
stat. mona-
chor.*

vicario Christi, & Petri successori, Ecclesia tota commissa sit: quòdque decessorum suorum legibus non obligetur. In illis verò quæ priore genere continentur, nullam penitus habet dispensandi facultatem ^m: quia *non est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum*ⁿ. Nec potest inferior superioris sui legem infringere, aut eius alicui gratiam facere. Qua de causa Speculator negat, Papam posse aliquem à licito iuramento absoluerè, ^o quòd obligatio seruandi iurifurandi, Deoque reddendi, sit iuris naturalis & diuini: Negant & alij, Papam posse dispensare cum aliquo teste, vt ei iniurato credatur in iudicio ^p. Et Innocentius III. Pontifex rescripto suo testatur, Papam non posse Monacho licentiam indulgere, vt aut rerum quarundam proprietatem habeat, aut vxorem ^q.

Non me latet quàm alienâ & nugacè explicatione, interpretes quidam Canonistæ, qui Papæ potestati omnia subijciunt, locum illum Innocentij, reluctantibus melioris notæ Theologis, à propria & genuina verborum significatione deflectant. Faceſſebat illis negotium credo, quod audierant Constantiam Rogerij Nortmanni filiam monialem,

lem, a
Panor
nobar
chiepi
annun
mona
perisse
tu supp
cuiusda
cè fuisse
foemin
ad spe
Fride
quagen
Papam
ex mor
mines i
Pontifi
repreh
adime
ab Inn
sus asse
confug
rem nu
fuisse
eri, qu
cum fa

lem, a Clemente III. eductam de monasterio
 Panormitano, vt Henrico VI. Friderici Æ-
 nobarbi filio nuptum traderetur (de qua Ar-
 chiepiscopus Florētinus scribit ^{Part. 3.}; eam, cum ^{lit. 19. cap. 6.}
 annum iam ageret quinquagesimum, & diu
 monasticam religionem esset professa, pe-
 perisse Fridericum II. atq; vt omnem de par-
 tu supposito suspicionem tolleret, *in medio*
cuiusdam plateæ Panormi sub papilione, publi-
 cè fuisse enixam: edicto autè proposito, vt
 fœminis omnibus adesse liceret, quæcunq;
 ad spectaculum venire vellent. *Natus est ergo*
Fridericus iste, inquit, *ex moniali iam quin-*
quagenaria) & quod etiam audierant alium
 Papam indulgisse Regi cuidam Aragoniæ, vt
 ex monacho maritus fieret. Quapropter ho-
 mines isti, Canonistæ inquam, supra modū
 Pontificibus addicti, cum nollent talia facta
 reprehendere, ne ambitiosis Papis gratiam
 adimerent, & non ignorarent verba rescripti
 ab Innocentio III. emissi, contrarium pro-
 fus asserere, ad illas interpretationis ineptias
 confugerūt, quas piget huc referre, ne lecto-
 rem nugis distineam. At multò illis facilius
 fuisset, rescripti veritatem & æquitatem tu-
 eri, quàm ex singularibus & iniquis Pontifi-
 cum factis, velut ex quadam viuendi regula,



ius certum velle inducere. Sinamus Pontifices factorum suorum rationem Deo reddere, nec eos in omnibus imitemur. Quod si quis fortè talia nobis facta ad exemplum proponat, respōdebimus cum Ioan. de Turre crem. Syluestro, Soto, & alijs viris doctissimis: esse hæc tantum facta Pontificum, non decreta; & facta Pontificum non facere fidei articulum. & aliud esse facere de facto, aliud determinare quod ita possit fieri de iure. Ego, inquit Syluester, etiam vidi Pontificem facientem maiora cum scandalo totius Christianitatis. & Ioan. de Turre crem. de illicitis dispensationibus loquens, quod si ita aliquando fuerit factum, inquit, per aliquem summum Pontificem, aut ignarum in literis diuinis, aut excacatum cupiditate pecuniarum, qua pro talibus exorbitantibus dispensationibus solent offerri, aut ut complaceret hominibus: non sequitur quod potuerit iustè facere. Ecclesia iuribus & legibus regitur, siue debet regi, non talibus actibus, siue ex exemplis.

C A P. XXVII.

Multorum igitur doctissimorum hominum sententia est, Papam non posse voti

voti gr
rundan
secund
Innoc
tum re
re, & e
uenient
mus: er
rem ab
gione,
lens lic
ta rela
tam: v
quorum
tis effice
nè nihil
totus ore
quidam
bus, & i
circo pl
est, vt i
& obed
omnibu
debita,
framer
mano
tamur,

voti gratiam religioso facere, vt rerum quarundam proprietatem habeat, vel vxorem, secundum verum & simplicem verborum Innocentij intellectum. Et tamen, si quantum res à rebus distant diligentius perquire, & eas inter se proprijs differentijs & conuenientijs, recto iudicio componere velimus: erit certè cur fateamur, longè minorem absoluendi populum à iurifurandi religione, qua fidem suam Principi libens volens licitè obstrinxit, quàm religiosorum vota relaxandi, facultatem Pontifici esse tributam: vt quamuis in hoc fortassis, opinione quorundam, aliquid de plenitudine potestatis efficere posse videatur: in illo tamen planè nihil eum posse putandum sit. Tum quia totus ordo monachalis, aliq; in Ecclesia (vt quidam volunt) ab humanis constitutionibus, & iure positiuo profecti sunt, in quos idcirco plena & omnimoda Pontifici potestas est, vti superius paulò diximus. At submissio & obedientia Regibus ac Principibus, atq; omnibus omnino præpositis & superioribus debita, est iuris naturalis & diuini, vtroq; testamento confirmata. Nam licèt de iure humano sit, vt hac aut illa reipublicæ forma vtamur, vel hunc aut illum Principem habe-



amus: tamen vt eum quem semel accepimus reuereamur, eiq; in omnibus, quæ Dei mandatis non repugnant, submissè pareamus, non humanæ solum, sed naturalis & diuinæ ordinationis est: idq; neminem arbitrator negaturum. *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* inde fit, vt quod initio arbitrij & voluntatis erat, id, post datam de subiectione fidem, statim in obsequij necessitatem conuertatur.

*Appellat
vicarium
caput, re-
spectu Chri-
sti.*

Tum etiam, quia ex voto religionis soli Deo & Ecclesiæ, cuius vicarium caput Papa est, obligatio acquiritur: ac proinde si Papa, cui libera negotiorum omnium Ecclesiæ procuratio dispensatioq; permessa est, obligationem Ecclesiæ quæsitam, velut genere quodam nouationis in aliam obligationem transfuderit, simulq; Domino Deo, qui principalis in eo negotio creditor est, satisfactum esse, maioris boni promissione vel facto, interpretetur: haud absurdè fortassis dici poterit, à prioris voti & promissi nexu liberatione contingere: nisi id obstare quis putet, quod voti liciti transgressio, simpliciter & ex sua natura malum sit; malum autem nullius boni, quantumuis magni, obtinendi causa facere permissum sit^a. sed eius obiectionis

^a Rom. 3.

Etionis dissolutio perfacilis est.

At longè secus res se habet de iureiurando, quod homines alterius obligationis confirmandæ causa, sponsonibus & pactis suis adhibere solent: tale siquidem iusiurandum accessio quædam est illius obligationis, cui securitatis ergò adijcitur, sicut fideiussio, aut nexus pignoris: ac propterea licet iuramentum Deo reddi dicatur, tamen nõ Deo principaliter, sed homini cui iuratum est, acquiritur hoc casu obligatio: *quia per iuramētum iurans non intendebat placere Deo, sed satisfacere proximo.* ^b quo fit, vt is cui iuratum est, ^{b Panorm. in cap. 1. n. 4. de iur. iur.} multo plus iuris ex illo iureiurādo nanciscatur, multoq; plus potestatis in eo vel retinendo, vel remittēdo habeat, quàm Ecclesiæ in voto cõcessum est. Ecclesiæ namq;, siue Papa (vt ij etiam fatētur, qui eius arbitrio omnia subijciunt) non sine magna & iusta causa dispēsare in voto solenni religionis potest. At verò is cui alius fidem suã, ex causa dandi vel faciēdi, iureiurādo obstrinxit, potest & solus, & sine causa præter meram volūtatem, liberare in totum iurisiurandi religione promissorem; eique id quicquid est accepto ferre: ita vt eius solius veniã impetratã, neq; amplius Pontificia absolutione ei opus sit, neq;



si non præstiterit quod promissit, periurij reus coram Deo habeatur. Homo igitur est hoc casu, qui vel vincitum detinere, vel liberum dimittere, arbitrato suo potest. Quæ quoniam consensu omnium ita se habent: qui fieri potest, ut obligationem alicui iure optimo quæsitam, iure inquam naturali, diuino, & humano, per iusiurandum omni ex parte licitum, licito contractui appositum, summus Pontifex inuito creditori auferat? cum non sit in hac specie, sicut in superiore, interpretationi locus, per quam præsumatur satisfactum esse ei, cui principaliter fuit iuratum; contradicente nimirum & contrarium ostendente creditore: quandoquidem præsumptio veritati cedit.

• L. vt. D.
quod met. ca.
l. continetur.
137. §. cum
ita. D. de
verb. oblig.

Sed esto, auferre ex causa possit, & promissorem iusiurandi vinculo liberare (ne de ea re amplius cum Canonistis hic contendam) auferat igitur: quid ei deinde factio consequens in nostro hoc negotio videtur? liberum fore populum, dices, ab imperio & subiectione Principis, statim atq; iusiurandi nexu solutus est. itane verò? An non perspicis iusiurandum hoc, non esse nisi accessionem tantum confirmatricem illius obligationis, qua fides & obedientia Principi promissa

missa et
berari p
tionis
te tollu
fionib
huc ob
quæ qu
non mi
scientia
to suste
rum &
stantia
uanda
olator,
ceter in fo
ter prom
tur, quã
Quod
tisex, de
scindere
luerit:
cipi suo
sub pæn.
ne huic
express
obsequ
in eius

missa est? an ignoras accessiones tolli & liberari posse, sine interitu principalis obligationis? non enim vt principali nõ consistente tolluntur accessiones, ita & sublatis accessionibus interit principale. Manet ergo adhuc obligatio cui iusiurandum accesserat: quæ quoniam iuris naturalis & diuini est, non minùs tenet hominum mentes & conscientias apud Deum, quàm si esset iuramento sustentata. quia *Dominus inter iuramentum & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam*:^d quantum ad fidem promissi seruandam: licet magis peccet iurifurandi violator, propter contemptum numinis: & licet in foro etiam exteriori periurium, propter promissi solemnitatem, grauius vindicetur, quàm neglecta fides simplicis sponsonis.

^d Can. iuramenti, 22. q. 5.

Quod si & hanc quoq; obligationem Pontifex, *de Apostolica potestatis plenitudine*, rescindere, subditosq; à Regis iugo liberare voluerit: atq; ijs præcipere, ne qua in re Principi suo, *eiusue monitis, mandatis, & legibus, sub pœna anathematis audeant obedire*. Nonne huic præcepto Papæ obfistere videbitur expressum Dei mandatum de Regibus omni obsequio honorandis? An non liceat facere, in eiusinodi negotio & causa omnium maxi-



ma, quod Pontificij interpretes in leuioris momenti controuersijs solent? Nempe, de hac plenitudine potestatis solerter inquirere, eone vsq; se extendat, vt quod Deus difertè iubet, id per illam difertè prohibeatur? aut quod Deus expresse fieri vetat, id per illam licitè iubeatur? Deus per Salomonem iubet me timere Regem: & per Apostolos, Regem honorificare, eiq; subiectum esse, & obedire. Hoc certè & naturalis & diuini iuris præceptum est: vt inferior scilicet superiori pareat, quamdiu id non vetet ille, qui est vtroq; superior in eodem potestatis genere: is autem in causa Principis & populi, siue inter populum & principem, quando de imperio & subiectione temporali agitur, est solus Deus, quo solo Rex in temporalibus minor est: vt in spiritualibus Pontifex.

Lib. 2.
cap. 18, de
Concil.

Cum itaq; nemo non ingenuè fateatur, plenitudinem Apostolicæ potestatis non tantam esse, vt in ijs, quæ expresso Dei verbo prohibita sunt aut præcepta, Pontifex dispensare vlllo modo possit (quo axiomate Bellarminus præcipuè nititur, dum vult ostendere *Papam non posse subijcere seipsum sententia coactiua Conciliorum*: *° Papæ potestas super omnes, est de iure diuino, inquit, at*

207

non pot
mirari
timen
rum an
rijs præ
in id in
cum ed
rijs, in e
natis,
præcep
norand
animu
dulger
entia f
mine se
nustam
lis, & di
missum a
præsent
pauci de
nulli a P
uico XII
suras Po
tinentes,
tenendu
tudinen
quam E

non potest Papa dispensare in iure diuino) nihil mirari oportet, si mandata diuina de Regimine & honorando, multorum subditorum animis ita infideant, vt nullum contrarijs præceptis locum præbeant, sed omnino in id incumbant, ne aduersantibus Pontificum edictis, absolutorijs simul & prohibitorijs, in ea re mos geratur. Sæpe mihi à Magnatibus, & viris minimè malis dictum est, præceptum illud diuinum de Regibus honorandis, tanti apud se esse, & tam altas in animum radices egisse, vt nullis bullis & indulgentijs contrarijs, leuari se posse conscientiaæ fæcæ & serupulo, atq; in interiore homine securos esse, sibi persuadeant: quo minus tam clarum & manifestum iuris naturalis, & diuini mandatum exequantur, & promissum ac debitum suo Principi obsequium præstent. Atq; hæc quidem causa est, cur pauci de Nobilitate ab Henrico III. Imp. nulli à Philippo Pulchro, nulli item à Ludouico XII. Gall. Regibus, propter Bullas & censureas Pontificias, depositionis sententiã continententes, defecerunt. Nam, ne quã erremus, tenendum est, Apostolicæ potestatis plenitudinem, eam tantum potestatem complecti, quam Dominus Iesus Dei filius, cum in hoc mundo



mundo versaretur, vt homo inter homines habere voluit; & eatenus Papam referre nobis Christum, & eius esse Vicarium (vti suprà ex eruditissimi Bellarmini doctrina ostendimus) non autem potestatem illam, quam vt Dei filius, Deus ipse Patri æqualis ab æterno habuit, & diuinitatis suæ omnipotentia reseruauit: de qua ait, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra ^{f.}

^{f.} *Matth. vi.*

Quanquam video quosdam vsque adeo ineptire, aut potius insanire, vt hanc omnipotentiam Pontifici etiam tributam afferant; eiq; probando insigne vanitatis suæ argumentum hoc modo contexant. *Christus commisit summo Pontifici vices suas, vt habetur Matth. 16. cap. & 24. q. 1. can. quodcunq; Sed Christo data erat omnis potestas in cælo & in terra. Matth. 28. Ergo summus Pontifex, qui est eius vicarius, habet hanc potestatem. extra de translat. cap. quanto.* Ita Petrus Bertrandus in suis additionibus ad gloss. extrauag. Vnam sanctam. de maior. & obed. qui & hoc præterea ausus est addere, quod parum à blasphemia abest. *Nam non videretur Dominus discretus fuisse (vt cum reuerentia eius loquar) nisi vnicum post se talem reliquisset, qui hac omnia posset.* Eratne huic homini cerebrum?

obstant

Non

Non mi
est, Chr
modi g
ritis de
qui hab
ra: cert
multoru
mum e
Aspileo
ftas apu
testat is
Turre.
summi
ftate eis
vero sur
quiparar
Cardina
diuina &
primè v
volentes
plus qu
exaltar
atq; ita
-17 1331
-173111
ERe
Eref

Non mirum si Io. Gerson dixerit *puffillos*, hoc est, Christianos simplices & ignaros, ab eiusmodi glossatoribus & postillatoribus imperitis deceptos, *estimare Papam unum Deum qui habet potestatem omnem in caelo & in terra*, certè tales adulatores iudicium & mores multorum Pontificum corruerunt. Non mirum etiam, si Pius V. Pontifex, Martino Aspilenetæ dixerit, *Iurisconsultos* (Canonistas opinor intellexit) *solitos esse plus satis potestatis tribuere Papæ*.^{s Nauarr. in commen. can. non lice. at Papa. 12. q. 2. In Can. coniuñtiones. 35. q. 2.} De quibus Ioan. De Turre. cremata, *mirum est, inquit, quod summi Pontifices loquantur moderatè de potestate eis data: & quidam daēt orauli, sine aliquo vero fundamento, volunt adulandò eos quasi æquiparare Deo*, quò pertinet, quod scribit Cardinalis de Cusa, vir in omni Philosophia diuina & humana, atq; etiam in historijs apprime versatus, quosdam nempe scriptores *volentes Romanam sedem omni laude dignam, plus quam Ecclesie sanctæ expedit, & decet, exaltare, fundare se in scriptis apocryphis, atq; ita Papas populosq; decipere.*

C A P I T U L U M XXVIII.

Error autem istorum hominum, quo potestatem omnem, & diuinam & humanam



nam, Papæ tribuunt, partim ex scriptis apocryphis, vt dictum est; partim ex rescriptis quibusdā Pontificijs, obscurius paulò quàm oportuit conceptis, & malè ad literam, vt aiunt, intellectis, creatus est. Nam, vt verè dicam, nihil nudis & meris Canonistis imperitius: quod non de humaniorum literarum cognitione, & sermonis proprietate intelligi tantum volo: ferenda quippe in illis eiusmodi ignorantia est, tanquam commune seculi illius quo scripserunt malum: sed de artis etiam quam profitentur scientia, quam infinitis distinctionum & opinionum varietatibus obscurarunt. Maxima enim ipsorum pars in Canonibus & Constitutionibus Pontificijs hærebant, nullum aut perexiguum extrinsecus adiumentum ex Theologia, & alijs scientijs, vt oportuit, quærentes. Rescripta illa de quibus loquor, & quæ hominibus istis errorem creatunt, extant sub titulo, *de translatione Episcopi*.^a in quibus Innocentius III. comparat Matrimonium spirituale, quod contrahitur inter Episcopum & Ecclesiam, cum Matrimonio carnali, quod est inter virum & mulierè: primum in eo, quod quemadmodum carnale matrimonium sumit initium à sponsalibus, & fit ratum per nuptias, &

Cap. 2. 3.
& 4.

in
& confum
onem: si
est inter E
initiatum
creatione
in eo, quò
in Euang
non separet
nali quam
go fortius
le, inquit
tens Deus
Episcopo
seruauer
etiam car
& femina
præcipiens,
separet: &
vinculum,
homo disso
uangelio:
separet: se
est inter E
thoritate
tri, & vi
Ac ne
ingij, car

& consummatum per corporum commisti-
onem: sic & spirituale fœdus coniugij, quod
est inter Episcopum & Ecclesiam, in electione
initiatum, ratum in confirmatione, & in conse-
cratione intelligitur consummatum. Deinde
in eo, quòd sententia Domini & Saluatoris
in Euangelio: Quos Deus coniunxit, homo
non separet; de utroq; Matrimonio, tam car-
nali quam spiritali intelligenda sit. Cum er-
go fortius sit spirituale vinculum quàm carna-
le, inquit, dubitari non debet, quin Omnipoten-
s Deus spirituale coniugium, quod est inter
Episcopum & Ecclesiam, suo tantum iudicio re-
seruauerit dissoluendum, qui dissolutionem
etiam carnalis coniugij, quod est inter virum
& fœminam, suo tantum iudicio reseruauit,
præcipiens, ut quos Deus coniunxit, homo non
separet: & rursum, Sicut legitimi Matrimonij
vinculum, quod est inter virum & uxorem,
homo dissoluere nequit, Domino dicente in E-
uangelio; ^b Quos Deus coniunxit, homo non ^b *Matt. 19.*
separet: sic & spirituale fœdus coniugij, quod
est inter Episcopum & Ecclesiam, sine illius au-
thoritate solui non potest, qui successor est Pe-
tri, & vicarius Iesu Christi.

Ac ne quis obijceret, Si Deus vtriusq; con-
iugij, tam carnalis quàm spiritalis, dissoluti-
onem



onem suo tantum iudicio referuauit, & vinculum spirituale fortius fit quam carnale: quâ fieri potest, vt summus Pontifex, quem constat hominem esse, vinculum illud spirituale possit dissoluere? respondet ibi Innocentius, id ea ratione fieri, quod non humana sed diuina potestate separentur, qui auctoritate Romani Pontificis, *per translationem, depositionem, aut cessionem, ab Ecclesia remouentur. Non enim homo, inquit, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate vel utilitate pensata, non humana sed diuina potius auctoritate dissoluit.*

Hæc illa sunt, quibus homines isti in præcipitem errorem deferuntur; vt quicquid à Papa fiat, à Deo factum esse putent: quod verba nimirum Innocentij hunc sensum præ se ferant. Nullus est, fateor, in iure Pontificio locus, verbis quidem planior & apertior, intellectu autem difficilior: adèd vt in eo explicando, interpretum omnium ingenia concidant. Nam quid magis intelligenter, planè, & perspicuè dici potest, quam *Non hominem sed Deum separare, quos Romanus Pontifex separat seu dissoluit?* aut quid
cui

cui ma
manum
moniu
matum
ac proi
fatendu
ex vero
maduer
nem illa
illa rati
thorita
intellig
quod ex
set auct
aperit no
ar: nec p
ritate sen
bitratur e
carnali, e
communi
ente, diss
lico. de ca
ratio om
deficitur.
eo alleg
timonij
election

cui magis consequens, quàm hoc illi, *Romanum ergo Pontificem posse dissolvere matrimonium inter coniuges carnali copula consummatum?* qua conclusione tamen nihil falsius, ac proinde illud ex quo sequitur, falsum esse fatendum est: quandoquidem sequi falsum ex vero nunquam potest. Quod cum animaduertisset Hostiensis, cum inquam rationem illam tam alienam perpendisset: ^{o In summa de elect. nu. 25.} *Sed illa ratio, inquit, non est sufficiens, salua auctoritate & reuerentia reddentis, nisi aliter intelligatur: quia secundum illam sequeretur, quod etiam matrimonium carnale diuidere posset auctoritate sua.* At Hostiensis tamen non aperit nobis quomodo aliter intelligi debeat: nec potest se inde extricare, vt salua veritate sententiam sustineat. Nam quod arbitratur eam intelligi posse de matrimonio carnali, quod, vt ille ait, *ante carnis copulam communi dissensu, auctoritate Papæ interueniente, dissolui possit: arg. cap. 2. & cap. ex publico. de conuers. coniugat.* Illa certè interpretatio omni prorsus auctoritate & ratione deficitur. Nam quod attinet ad rescripta ab eo allegata, & siqua sunt similia, de illa matrimonij dissolutione loquuntur, quæ fit per electionem religionis, & Monasterij ingressum



^d Cap. ex
parte. 14. §.
nos tamen. &
d. cap. 2.
de conuers.
coniugat.

^e D. Thom. 3.
q. 29. art. 2.
in conclus.
^f L. nuptias
D. de reg.
iur.
^g Can. suffi-
ciat. can. cum
initiat. 27.
q. 2. cap. cum
locum. de
spons. &
matr.

sum alterius coniugis, antequam corpora
nuptialis thori amplexibus commista sint,
quo casu nihil auctoritatis Papæ interuen-
tu, aut dispensatione Pontificia opus est;
quin mero iure, & communi legis auxilio
muniti sunt, qui eo modo quarunt sibi sepa-
rationem, & matrimonium dirimunt. ^d At
matrimonium ratum et nondum consum-
matum dirimi posse ex alia causa, communi
partium dissensu, per Papæ auctoritatem,
cōstanter cum doctissimis Theologis negā-
dum est. Corporū enim coniunctio & com-
mixtio, nihil quicquā substantiæ & *essentias*, siue
essentiæ matrimonij, aut addit, aut adimit:
quippe forma matrimonij consistit, in indi-
uiduæ animorum coniunctionis & consen-
sus declaratione, qua se inuicem, alter alteri,
mutuò tradunt. Liberos verò procre-
atio, & eius causa concubitus, non ad con-
stitutionem matrimonij refertur, sed ad fi-
nem ^e. Hinc ab ethnicis dictum est, *nuptias
non concubitus, sed consensus facit* ^f. idq; sa-
cris canonibus & constitutionibus confir-
matur. ^g alioqui certè primum illud matri-
monium, quod Deus in Paradiso instituit,
matrimonium non fuit, donec coniuges in-
de deiectione, liberis operam dare cœperunt;
quo

quo qui
constit
thorica
lis, nul
tur, qu
consum
excipiat
ret. ac n
constet.
facie E
esse à D
Seco
interp
insciti
moniu
contra
am, sed
nali cop
inde are
tur asse
firmum
inter e
Pontifi
cupidit
sunt ce
Non e
tij refc.

quo quid absurdius? Adhæc nulla Ecclesiæ constitutio aut traditio, nulla Patrum authoritas, nulla Pontificis Epistola Decretalis, nulla deniq; ratio certa & solida reperitur, quæ matrimonium ratum, licet non consummatum, ab illa Saluatoris sententia excipiat, *quos Deus coniunxit, homo non separet.* ac ne excipere quidem possit, nisi prius constet, eos qui Sacramento matrimonij, in facie Ecclesiæ contracti, copulantur, non esse à Deo coniunctos.

Sed est, in hac re, sicut in cæteris, tantæ interpretum quorundam iuris Pontificij, seu incitiæ, seu blanditiæ, ut non solum matrimonium ratum & nondum consummatum, contra communem Theologorum sententiam, sed etiam matrimonium ratum & carnali copula consummatum, à Pontifice, perinde atq; à Deo, dissolui posse, non vereantur asserere: ^h quod si verum esset, quàm infirmum matrimonij vinculum futurum sit inter eos, qui gratia & autoritate apud Pontificem pollent, aut alioqui occæcatum cupiditate pecuniarum largitionibus possunt corrumpere, alijs iudicandum relinquo. Non est autem quod superioribus Innocentij rescriptis sententiam suam firmari posse

h Vide Conarruuiam de matrim. part. 2. S. 4. ubi id notat & reprehendit.



existiment : cùm Pontifex ille alibi expresse dicat, ⁱ matrimonium inter legitimas personas, verbis de præsentì, *contractum, in nullo casu posse dissolui, nisi antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum*, alter coniugum ad religionem transeat. neq; enim credibile est, tam doctum piúmque Pontificem, aut sui tam subitò oblitum fuisse, aut scientem prudentem, tam pugnantes & dissentientes sententias euulgasse. alius ergo rescriptorum Innocentij sensus quærendus est.

C A P. XXIX.

QUod si quis meam de illis sententiam & interpretationem quæreret : haud verebor, vt in re obscurissima, dicere, subfisto : existimare me tamen pugnam in ijs esse *πῆλοῦ καὶ διαφοράς*, mentem scilicet optimi Pontificis, & sensum verborum, inter se discrepare : quod in aliorum legislatorum scriptis sæpe contingit, cùm aut verbis exprimendæ cogitationi minus aptis vtuntur, aut ad perspicuitatem & integritatem constitutionis, particulam aliquam necessariam, aut exceptionem omittunt. Nam alioqui non est *verisimile, eum qui negat Papam posse licentiam*

ⁱ Cap. ex parte. 14. §. nos autem. & §. nos 1. e. men. de consens. c. i. g. ab.

centiam
tem re
mare
matrim
tum di
quod se
centium
tis subit
que con
paret in
nantur
tificis.
ampli
nalis in
lis, quo
sed à D
fex Eccl
ta, non h
per tran
dissolui
nalis n
monit
ferre, &
ritas ad
quasi
iudici
monij

centiam monacho indulgere, vt proprietatem rerum habeat vel vxorem, velle affirmare Papam posse coniugij sacramentum, matrimonium inquam ratum & consummatum dissoluere. Quid ergo rei est? Dicam quod sentio. Animaduerti equidem Innocentium ita doctrinam suam in illis rescryptis subtiliter temperasse, vt quamuis vtrumque coniugium inter se componat & compareret in hoc, quòd Dei solius iudicio dissoluantur: tamen vbi de potestate summi Pontificis, & Vicarij *Iesu Christi* loquitur, non amplius ea coniungit, nec matrimonij carnalis mentionem facit, sed tantum spiritualis, quod non censetur ab homine separari, sed à Deo ipso, tunc cum illud Rom. Pontifex *Ecclesiarum necessitate vel utilitate pensata, non humana, sed diuina potius auctoritate, per translationem, depositionem, aut cessionem, dissoluit*; quo silentio, & prætermissione carnalis matrimonij, satis innuit illud à matrimonio spirituali, in ratione separationis differre, & tacitè excipi: vt Pontificalis auctoritas ad eius dissolutionem non extendatur. quasi expressius hoc modo dixisset, Deus suo iudicio tam carnalis quam spiritualis matrimonij dissolutionem referuauit. Spirituale



tamen Romanus Pontifex, qui Christi Vicarius & Petri successor est, *Ecclesiarum necessitate vel utilitate, &c.* soluere potest: quod cum facit, *non homo sed Deus separat*, cuius vicem Papa in terris gerit. Cur autem Pontifex spirituale coniugium soluere, & non item carnale possit, euident atq; in promptu ratio est. quòd spirituale nimirum per se, & omni ex parte, ad Ecclesiæ ordinationem, regimen, & œconomiam pertineat, quam Christus totam Petro & eius successoribus commendauit. itaq; non potest non videri concessisse illis hanc spiritualis coniugij dissoluendi potestatem, cum sine ea, munus sibi commissum exequi & expedire non possent. ^a ac proinde quicquid ipsi Pontifices, tanquam Hierarchæ, de singulis Ecclesiæ rebus ac personis disponunt, decernuntque; id Deum, qui hanc illis dispensationem & procurationem nominatim commisit, disponere ac decernere credendum est.

^a L. 2. D. de iurisd.

L. Sitor. D. de seruit.

L. 3 § qui habet. D. de seruit. pred. vñstic. cap. 5. de offic. iud. d. 1.

^b Aug. li. 14. de ciuit. Dei.

ca. 18. Thom.

2. 2. q. 154. art. 2.

^c L. 1. §. ius naturale. D. de iust. & iur.

At matrimonium carnale, non ad ordinationem Ecclesiæ, sed tantum ad procreationem sobolis institutum est ^b: ob eamque causam dicitur esse iuris naturalis ^c, & gentium nationumque omnium commune: nec alia ratione ad Ecclesiæ notionem perimet, quàm

quàm
Dei
tion
nec
tate
tere.
fit
tum.
nio c
scilic
tuo
tur,
rect
gitin
muni
pensan
ex cau
potest
pe in f
nem f
diu su
runt
author
dissolu
contr
crede
tentia

quàm quòd in noua lege sacramentum sit, Dei & animæ, Christiq; & Ecclesiæ coniunctionis mysterium continens. & ideo nihil necesse fuit, eius soluendi facultatem, libertatemq;, Petro & eius successoribus permittere. Sat habent prospicere & iudicare, an sit matrimonium, vt sciant an sit sacramentum. Quamuis igitur Pontifex in matrimonio contrahendo plurimum possit, omnium scilicet impedimentorum, quæ ex iure positivo & ecclesiasticis constitutionibus oriuntur, gratiam facere; atq; efficere vt ritè & rectè contrahatur, quod aliàs non esset legitimum & ratum: tamen vbi vel iure communi permittente, vel Papâ in prohibitis dispensante, semel contractum est, nullam vlla ex causa habet eius relaxandi separandique potestatem. Nec ad rem pertinet, quòd sæpe in foro & iudicijs ecclesiasticis, separationem fieri videamus earum personarum, quæ diu sub iugalis vinculi spe & specie conuixerunt. Non enim Papa eo casu, neq; iudex autoritate Papæ, matrimonium aliquod dissoluit: sed matrimonium quod de facto contractum erat, & matrimonium esse falsò credebatur, non fuisse matrimonium sententiâ suâ declarat: & personis non legitime



coniunctis, quòd cubilia sociare sine scelere nequeant, à se abscedere, & solita consuetudine abstinere præcipit. Hoc autem non est soluere matrimonium, aut personas legitimè coniunctas, quoad vinculum, separare. Ex quo patet tam Innocentium interpretem, qui quartus postea eius nominis Pontifex fuit, quàm Io. Andr. qui fons & tuba iuris Canonici vocatur, ineptissimè partem istam rescripti Innocentij III. esse interpretatos, *Quos Deus coniunxit, homo non separet. sua autoritate, inquit, non autem separat homo carnale matrimonium, cum episcopus, vel etiam archidiaconus, per constitutiones Papæ dissoluit, sed ipse Deus cuius autoritate facta sunt.* quasi vero per constitutiones Papæ dissolui possit matrimonium? possunt certè constitutiones Papæ impedire, ne matrimonium inter certas personas iure contrahatur; & efficere vt sit nullum, quod contra illarum dispositionem contractum est. At iure contractum distrahere, & eius vinculum dirimere ac dissoluere, nulla neq; Ecclesiæ neq; Papæ constitutio potest. alioqui malè Apostolus, *mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. quòd si dormierit vir eius, liberata est.* ^{d.} male inquam, mortis tantum mentionem

^{d.} 1. Corin. 7. rata est. ^{d.} male inquam, mortis tantum mentionem

tionem
nes scilicet
liberari
nunc et
Doctor
rantia n
mus dig

PO
bu
one fir
tiam fa
vulgò n
& diuin
pune fia
aut prob
se imper
etiam r
ter con
ma cert
spuatio
vera so
larmin
vigefu
eius pr

tionem fecit, si alio modo, per constitutiones scilicet Pontificias, soluto matrimonio liberari possit. Quæ cum ita sint, tempus nunc est ab hoc diuerticulo, in quod nimia Doctorum quorundam assentatio & ignorantia nos compulit, ad eam viam vnde sumus digressi repedare.

C A P. XXX.

Positum iam hoc est, & omnium de rebus diuinis rectè iudicantium consensione firmatum, Papam non posse alicui gratiam facere iuris naturalis & diuini, siue, vt vulgò nunc loquimur, contra ius naturale & diuinum dispensare: & concedere vt impune fiat, quod Deus & Natura vetarunt, aut prohibere ne fiat, quod Deus fieri expresse imperauit: idque non solum Theologi, sed etiam melioris notæ Canonistæ asseueranter concludunt. Hoc igitur illud est axioma certissimum, circa quod totius huius disputationis cardo vertitur, & ex quo pendet vera solutio eius argumenti, quod ex Bellarmino transcripsimus, in principio capitis vigesimi quinti, supra. Admittimus quidem eius propositionem, *Pastori scilicet necessa-*



riam esse potestatem circa lupos, ut eos arceat
 omni ratione qua potest. Admittimus & as-
 sumptionem. Lupos nimirum qui Ecclesiam
 Dei vastant, esse hereticos. ex quibus conclu-
 dit hoc modo. Ergo si Princeps aliquis ex oue
 aut ariete fiat lupo, id est, ex Christiano fiat
 hereticus, poterit pastor Ecclesia eum arcere
 per excommunicationem, & simul iubere popu-
 lo, ne eum sequantur, ac proinde priuare eum
 dominio in subditos. Vitiosa collectio; cuius
 loco in bona dialectica reponendum est.
 Ergo si Princeps aliquis ex oue aut ariete fiat
 lupo, poterit pastor Ecclesia eum arcere omni
 ratione qua potest. Hoc enim ex propositis
 rectè efficitur, & ideo ijs concessis, negari
 non potest. Hoc totum igitur verum est, &
 totum concedimus: sed istis tamen minime
 cohæret aut consequens est, id quod anne-
 ctit. Pastorem scilicet posse iubere populo. &c.
 Nam posse, vel non posse, ubi de iure & æ-
 quitate disputatur, non de mero facto, siue
 de potestate quæ facti est, sed de potestate
 quæ iure permessa est, quæque iuri & rationi
 congruit, intelligi debet: ut dicatur Ponti-
 fex hoc casu, id posse, quod iure atq; ho-
 nestè potest². Atque ita res eò redit, ut co-
 gamur inquirere, an Pontifex, de Apostoli-

² L. filius 15
 D. de condit.
 institut.

ex potestatis plenitudine, vt loquuntur, possit imperare & præcipere subditis, ne Principis sui *monitis, mandatis, legibus, sub pœna anathematis audeant obedire.* & si de facto id iusserit, an subditi teneantur præcepto eiusmodi Pontificio parere. Nullum certè, vt principio admonui, pro affirmatiua parte argumentum efficax, vel ipsemet excogitare, vel ab alio excogitatum & propositum comperire, hæctenus potui. Pars verò contraria validissimè sustentatur fundamento illo, quod iam iam retulimus. Papam videlicet non posse vlllo modo contra ius naturale & diuinum dispensare: ex quo argumentum, vt videtur firmissimum, hæc ratiocinandi forma concluditur.

Summus Pontifex nihil præcipere vel dispensare potest contra ius naturale & diuinum.

Atqui subiectio & obedientia Principibus & superioribus debita, est de iure naturali & diuino.

Ergo summus Pontifex contra eam nihil præcipere vel dispensare potest. & per consequens non potest præcipere subditis, ne principi suo temporali obediant in eo, in quo Princeps est superior:

&



& si de facto præceperit, licebit subditis ei, tanquam extra territorium ius dicenti, impunè non parere.

Utrumq; propositum est certo certius, ex quibus conclusio necessaria consecutione inducitur. Qui huius argumenti vim enervauerit, is magnam mecum gratiam inibit, ego mehercle, ut ingenij mei tenuitatem ingenuè fatear, non satis perspicio qua possit solida ratione elidi. Nam etsi dicat aliquis, obedientiam superiori debitam prohiberi & impediri posse, ab eo qui est illo superiore superior; & Papam quidem, qui Christianorum omnium pater est, omnibus Regibus & Principibus Christianis, hoc ipso quòd pater est, esse superiorem; ac proinde eum posse iure suo prohibere, & impedire, ne subditi promissam Principi reuerentiam & obedientiam exhibeant: nihil quicquam hoc fucato argumento efficiet, quod superiori conclusioni contrariæ officiat. Quandoquidem hoc quod dicitur, obedientiam superiori debitam minui, impediri, vel tolli posse, mandato eius qui est illo superiore superior: id tunc solum verum est, cum is qui prohibet est superior in eadem potestatis, & ut ita loquar, superioritatis specie,

cie, suæ
obedien
test mil
gare, &
obtemp
præciper
rioni, &
at: quia
inquam,
secundum
sunt. Id
Ecclesi
dientia
loquimur
quibus ip
nem esse
nemo ei i
profectio
impedire
que à su
Osten
& tempo
alteri, q
pareat.
stinctor
potius e
restè, o

cie, siue in iisdem rebus, in quibus debetur obedientia. Veluti exemplo gratia, Rex potest militiae suae Praefecto imperium abrogare, & praecipere ne exercitus ei amplius obtemperet: potest & Praefectus ex causa praecipere ne tribuno, & tribunus ne centurioni, & centurio ne decurioni miles pareat: quia omnes in eadem re, in regimine, inquam, & disciplina militari, sed alij alijs, secundum ordinem dignitatis superiores sunt. Idem de ordinibus caelestis militiae, & Ecclesiasticae Hierarchiae est. At verò obedientia subditorum erga Principem, de qua loquimur, consistit in rebus temporalibus, in quibus ipsimet Pontifices fatentur, neminem esse Principe superiore^b. Quod si ^b Cap. per
nemo ei in temporalibus superior est, sequitur ^{Venerabilē}
profecto, neminem esse, qui prohibere vel ^{qui fil. sunt}
impedire possit subiectionem & obedientiam ^{legit.}
que à suis subditis in temporalibus illi debetur.

Ostendi supra, has potestates, spiritualem & temporalem, ita esse distinctas, vt neutra alteri, quatenus talis est, aut dominetur, aut pareat. Nec audiendos esse qui ad istas distinctionum & subtilitatum latebras, seu potius captionum laqueos, *directè & indirectè*, confugiunt. Nam certum est, eum habere

habere superiorem in temporalibus, cui alius quouis modo imperare temporalia potest, siue qui ab alio in temporalibus iudicari directè vel indirectè potest: quippe iudicium redditur etiam in inuitū^c, & nemo nisi à superiore iudicatur. quia *par in parem non habet imperium*^d. Et verò quantum ad effectum, & exitum rei attinet, nihil prorsus interest, vtrum quis *directè an indirectè* imperium & potestatem in alium obtineat. illis enim verbis, *directè & indirectè*, seu *mauis, directè & obliquè*, differentia tantum in modo & via, seu ordine apiscendæ potestatis, non autem in eius exercendæ & exequendæ libertate, vi, & effectu, nobis proponitur. Sed per Deum immortalem, quid dici potest absurdus, aut secum magis pugnans, quàm Regem non habere aliquem superiorem in temporalibus^e, *sed liberum esse à vinculis delictorum, nec ullis ad pœnam vocari legibus*^f, quod tota semper antiquitas, totaq; Ecclesia tenuit: & Papam ex causa, siue aliquo modo, hoc est, indirectè, esse in temporalibus Rege superiorem, & eum pœnis temporalibus, regno scilicet atq; imperio, imò & morte posse multare? Nam postquam à Papa de solio deiectus est, atq; inter priuatos

^c L. inter stipulantem. 83. §. 1. D. de verb. obl.

^d L. 4. D. de recept. qui arbitr. l. ille à quo. §. temp. pestium. D. ad Sc. Treb.

^e D. cap. per Venerabile.

^f S. Ambros. in Apolog. David.

in
priuatos
exitum i
tem que
degat: a
mox pub
fex excip
quam ist
rectè, su
immerer
nidem e
statuum
deponen
ab ipsu
nem, qu
mine iud
voluntat
quem, q
sectaur
sam præ
uatum
hic non
ominar
nisi id à
Et ita
intellig
longæ
II. Ioa

priuatos constitutus, quid superest, nisi vt exitum inuidiæ ferat, & aut celeri fuga salutem querat, miseramq; procul patriâ vitam degat: aut si eo sibimodo non prospexerit, mox publici iudicij reum carcer, vel carnifex excipiat. Inest autem in hac potestate, quam isti homines tribuunt Pontifici indirectè, summa, soluta, & impunita bonos & immerentes Reges opprimendi, atq; tyrannidem exercendi libertas. Nam in primis statuunt, *Pontificis esse iudicare, Regem esse deponendum vel non deponendum.* Deinde ab ipsius iudicio nullam esse prouocationem, *quòd solus ipse omnes iudicet, & à nemine iudicetur.* Atq; ita in maleuoli Papæ voluntate situm esset, quoties Regem aliquem, quamlibet bonum, priuato odio confectatur, aliquam indirectæ potestatis causam prætexere, vt eum regno exuat, & priuatum ex Principe reddat. Quod equidem hîc non dicerem, (neq; enim tam malè ominari de sanctæ sedis Rectoribus vellem) nisi id à Pontificibus quibusdam, re verâ factitatum esse, superioribus seculis, omnes intelligerent: Et necdum tempus vitam longæui hominis superarit, ex quo Iulius II. Ioanni Nauarræ Regi, nullius sceleris conscio



conscio aut conuicto, sed solum quod Ludouico Francorū Regi fauisset regnum per Ferdinandum Aragonium hoc Pontificiæ authoritatis prætextu, impiè atq; iniuste eripuit. Quod si talia facere, non est esse superiorem in temporalibus; discere libenter ab istis Magistris cupio, quid sit esse superiorem. Vnum scio (si vera est hæc illorum sententia) Papā plus posse aduersus Reges indirectè, quàm si directè imperium in eos obtineret. qua de re supra ^s non nihil diximus.

3 Cap. 12.

Responso
populi ad
Pontificem
iubentem
desicere à
Rege.

Si igitur summus Pontifex, *de Apostolica potestatis plenitudine*, populū à Regis obsequio prohibere, decreto suo, siue Bulla præcipere conetur. An non statim populus vniuersus, aut singuli de populo possint, Pontifici respondere; Pater sancte, nequaquam es Rege nostro in temporalibus superior: eoq; non potes obsequium temporale, quod nos illi præstamus, impedire. Cur nos facere prohibes, quod Deus nos facere imperat? An quia tuum est, voluntatem Dei in lege diuina & Scripturis comprehensam interpretari? At non est tamen illa interpretatio adhibenda, quæ legem penitus euacuet, & mandatum omnino destruat ac dissoluat. Siquid dubij aut obscuri est in lege diuina,

diuina,
quam tu
tem ac
per se cl
tempora
minus &
Casari q
& deind
Potestati
Tuum e
ris, ide
rur, &
mus;
tuam li
te quic
reddere,
cem tuar
& profit
atq; inte
tione lo
rimus, q
sit ludib
ne à re
Princip
huius r
& restr
sum no

diuina, ad sedem Petri, id est, ad sedem
quam tu nunc tenes, interpretationis verita-
tem accipienturi confugimus: quod autem
per se clarum est & perspicuum, id nulla in-
terpretationis luce indiget. Cùm itaq; Do-
minus & Saluator noster iubeat nos *reddere*
Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei, Deo;
& deinde per Apostolum, *Principibus &*
Potestatibus subditos esse, & dicto obedire:
Tuum est nobis declarare quæ sunt Cæsaris,
id est, quæ à nobis Regi nostro debentur,
& quæ sunt Dei; vt sua vtrique reddamus;
& in ea rerum distinctione vocem tuam
libenter audiemus. At cùm dicis, nolite
quicquam Cæsari, siue Principi vestro
reddere, contradicis Christo, ac proinde vo-
cem tuam non audimus. Fatemur quidem
& profitemur, Sanctitatis tuæ expositioni
atq; interpretationi in legis diuinæ obserua-
tione locum esse: sed eam non admitti asse-
rimus, quæ facit vt ius naturale & diuinum
sit ludibrio, & penitus contemnatur. Veluti,
ne à re qua de agitur aberremus: iubemur
Principibus & potestatibus obedire: tuas in
huius mandati obseruatione explicationes,
& restrictiones, quæ modò mandatum ip-
sum non extinguunt, tanquam filij obedi-



tes libenter amplectimur. Veluti cùm nul-
lam inde obligationem parendi Regibus o-
riri dicas, nisi in ijs quæ ad temporalem ipso-
rum iurisdictionem pertinent. spiritualia
omnia Vicario Christi, atq; Ecclesiæ refer-
uanda esse. Item cùm admones, non esse
Regi obediendum in eo, quod contra ius di-
uinum vel naturale imperat, aut quod alio-
qui bonis moribus aduersatur. At, quando
simpliciter & absolutè præcipis, *ne Principi
nostro legitimo, eiusue monitis, mandatis, &
legibus, vlllo modo obediamus*: præcepto tuo
parere non possumus, quia hoc non est man-
datum Dei interpretari, quod Sanctitati
tuæ conceditur: sed penitus antiquare &
abrogare, quod nullo modo potes. Christus
cùm clauis regni celestis Petro tradidit, non
dedit ei potestatem *faciendi de peccato non*

peccatum^h. Nos igitur communem Cano-
nistarum doctrinam in hac parte sequemur,
qui tradunt, *mandato Papa non esse parendū,
si vel iniustum sit, vel ex eo multa mala, seu
scandalum verisimiliter est futurum, aut tur-
batio status Ecclesiæ, & reipublica Christiana
oritura*ⁱ: & ideo *si Papa mandaret religiosi a-
liquid, quod esset contra substantiam ordinis,
id est, quod repugnaret regula ab ijs professa*

^h Felin. in
cap. si quan-
do. nu. 4. de
rescript.
ⁱ Innoc. in c.
ingusitioni.
44. de sent.
excōm. Pa-
norm. in cap.
cūm tenean-
mur. 6. de
preben.

(vt in
de fid
non t
us k a
Mart
pibus,
quand
minus
eos ab
Regi
fcede
re? S
stri iu
illi ex
respon
dam a
eri. ma
malo,
tem il
non po
Dei iu
tian b
ruptio
sequio
Deum
mum
tere, &

(vt interpretatur Felinus in cap. accepimus. de fid. instrum. & cap. si quando. de rescript.)
non tenentur ei obedire, vt idem Innocentius^k alibi docet : quem refert & sequitur^k Martinus de Carazijs in tractatu de Principibus, quaestione 408. & Felinus in d. cap. si quando. & d. cap. accepimus. Quanto igitur minus debent Regum subditi, Pontificem eos ab obedientia, iure diuino & naturali, Regi suo debita, & arctissimo iurisiurandi foedere sancita, retrahere conantem audire? Si ob eam causam nos iubet Regis nostri iugum abijcere, quod per obedientiam illi exhibitam spirituale bonum impediatur: respondemus, id quicquid est mali, ex quodam accidente euenire, siue per accidens fieri. malum enim ex bono, aut bonum ex malo, per se otiri non potest. Accidens autem illud dolenter fecimus, sed impedire non possumus. Nos officium Regi debitum, Dei iussu perfoluimus. & *secundum patientiam boni operis, gloriam, honorem, & incorruptionem quærimus.*¹ Ille si debito sibi obsequio, & tanto Dei beneficio abutatur, Deum supra se iudicem & vindicem acerrimum sentiet. Nobis non licet officium deferere, & Dei mandatum præterire, vt bonum
 Q inde

^k In cap. ne
 Dei. 43. de
 Simon.

¹ Rom. 2.



^m Rom. 3.

^a L. de pre-
sio. D. de
publ. in rem.
act.

inde quantumuis magnum consequatur ; ne
eam, quam Apostolus nunciat ^m, damnati-
onem nobis ipsis acquiramus. Qui iubet nos
Regibus obedire, & reddere Cæsari quæ sunt
Cæsaris, nullam bonos inter & malos Prin-
cipes distinctionem facit. ac proinde nec nos
distinguere debemus. ⁿ. Si, vt docet B. Au-
gustinus, *is qui cōtinentiam Deo voverit, nul-
lo modo debet ista compensatione peccare, vt i-
deo credat uxorem sibi esse ducendam, quia
promisit quæ nuptias eius appetit, futuram se
esse Christianam. atq; ita acquirat Christo ani-
mam in morte infidelitatis positæ femina, quæ
parata est, si huic nupserit, fieri Christiana. Qua
nos apud Deum excusatione vtetur, si vt
speratum aliquod bonum eueniat, iurisiu-
randi religionem & fidem violemus Deo
Regique nostro datam? Nihil enim anima
pretiosius, pro qua Dominus & Saluator
mori dignatus est. Si ergo vt eam Christo
lucremur, peccare non liceat, eccuius rei
causa peccandum?*

Quod autem præterea dicis, te nos ab
huius officij vinculo absoluere, atq; absolu-
tos declarare : id non omnem conscientijs
nostris scrupulum adimit, sed animi pende-
re, ac dubitare magis de tua potestate facit.
quòd

quòd se
gratiam
ræ legi
tuam n
potesta
cuiquan
Regi n
Deus iud
niquæ, q
dem, &
mus m
pòrter
meu i
iure deb
mus. Li
commur
tamen op
nem non
um potiu
matis mu
tum De
facere :
tionem
mur, int
mus.
Hæc
quàm

quòd sciamus præceptum, cuius tu nobis gratiam te facturum promittis, Dei & naturæ lege esse sancitum: Sanctitatem verò tuam non posse, ne quidem de plenitudine potestatis, legis naturalis & diuini gratiam cuiquam facere. Tibi igitur in spiritualibus, Regi in temporalibus obsequemur. Vtrumq; Deus iubet, vtrumq; præstabimus. Minas denique, quas mandato inseris, miramur quidem, & ex parte metuemus: sed non ita sumus meticulosi tamen, vt plus eas quàm oportet timeamus; aut ita ijs terreamur, vt metu iniuste excommunicationis, iustum ac iure debitum obsequium Regi nostro denege-
 mus. Licet enim vulgò iactetur, omnem excommunicationem esse timendam: Scire tamen oportet, iniustam excommunicationem non lædere eum in quem fertur, sed eum potius à quo fertur. ^{P.} Si ideo nos anathematis mucrone ferias, quia nolumus mandatum Dei, te iubente, prætergredi, & *malum facere*: maledictio tua vertetur in benedictionem, vt quamuis ligati exterius videamur, interius soluti atq; innocentes maneamus.

Hæc illa sunt, & his similia, quæ tam Cleri, quàm Nobilitatis, atq; adeo totius populi

Q 2

Galli-

^o Can. sententia. can. qui iussas. 11

93.

^p Can. quomodo can. illud. 11 q. 3. can. c. r. um

24. 93.



Gallicani fidem erga suos Reges ita firman-
runt, vt Pontificibus quibusdam, enixè con-
nantibus eos à Regum suorum obsequio &
obedientia auocare, viriliter restiterint; &
Bullas Pontificias, depositionis, & priuatio-
nis regni sententiam continentes, pro nihilo
duxerint, sed nec se vllis propterea censuris
ecclesiasticis teneri, nullisq; anathematis vel
excommunicationis vinculis iustè inuolui
posse haud vanè crediderunt. Equidem re-
vera non video, quid in superiore populi re-
sponsione & defensione reprehendi possit:
nisi id illis vitio vertatur, satisq; ad contuma-
ciam sit, quod non quamlibet Papæ iussio-
nem, tanquam Dei Omnipotentis voce e-
missam, omni cunctatione & æquitatis per-
uestigatione remota, protinus exequantur.
quod nemo vnquam sanus, opinor, iudica-
bit. Cætera enim firmissimis demonstratio-
nibus, & solidissimis diuini & humani iuris
rationibus, & argumentis nituntur. Dei sci-
licet mandatum esse, vt honos & obedien-
tia Regibus & Principibus exhibeatur: nullo
bonorum & malorum discrimine, in ea re,
proposito. Omnem Papæ potestatem in spi-
ritualibus consistere. Temporalia Regibus
& Principibus secularibus esse relicta. Pa-
pam

pam
poral
temp
nus
non p
num,
obedi
re: ato
ditos a
tes s
iusta
Quæ
stimo
mētis
Eccles
sum, q
marris

Q
tempo
illis no
manda
ea qui
Patrum

pam non esse Regibus superiorem in temporalibus, ac proinde eum non posse illos temporalibus pœnis afficere: multoq; minus regnis atq; imperijs priuare. Postremò, non posse Papam contra ius naturale & diuinum, quo ista subditis erga suos Principes obedientia præcipitur, vlllo modo dispensare: atq; ob eam causam neq; absolvere subditos ab illa obligatione, neq; in non parentes sibi legitimum obsequium prohibenti, iusta excommunicatione animaduertere. Quæ omnia singillatim autoritatibus, testimonijs, & *ineluctabilibus*, vt videtur, argumentis superius conclusa sunt. Sed ea tamen Ecclesiæ æstimanda relinquam. Is enim ego sum, qui me, meaque omnia, sanctissimæ matris meæ arbitrio iudicioque submitto.

C A P. XXXI.

QVæ hætenus à nobis dicta sunt, de suprema Regum & Principum in rebus temporalibus dominatione, deque obsequio illis non denegando in omnibus quæ Dei mandatis & bonis moribus non repugnant; ea quidem, solemnibus & diuturnis antiquorum Patrum, & totius Ecclesiæ obseruatione

Q 3

confir-



confirmantur. Nam quanquam maximam
 opportunitatem & facultatē habebant de-
 turbandi, & deiiciendi de folio malos Prin-
 cipes Christianos, à quibus erant multis pri-
 uatis publicisque iniurijs laceſſiti, ijs tamen
 de Principatu controuerſiam nullo modo
 mouerunt: nullam humani obſequij parti-
 culam denegarunt. erroribus tantum ipſo-
 rum liberè, ſapienter, & animoſè reſtiterunt.
 atq; ita multitudinem in officio erga Deum
 & Regem continentem, vtrumq; præceptum
 de Deo & Rege timendo honorandòque ad-
 implerunt. Et verò hoc præcipuum remedi-
 um eſt conſeruandi à lapſu, & reuocandi ab
 erratione animos: atq; etiam via & ratio
 expeditiſſima Reges & Principes, inſana hæ-
 reſi efferatos, ab immanitate ad humanita-
 tem, aberrare ad veritatem, ab hæreſi ad fi-
 dem, reducendi; eamque rationem Patres
 antiqui in eiufmodi caſibus ſemper inibant;
 quam ſi poſterioribus ſeculis Pontifices alij
 fuiſſent ſecuti, ac non ſuperbam illam & o-
 dioſam, in Reges & Imperatores, tempora-
 lem dominationem ſibi arrogaffent, melius
 quam nunc eſt republica Chriſtiana agere-
 tur, & forſitan hæreſes iſtæ, quibus nunc pre-
 mimmur, fuiſſent in ipſis cunabulis ſuffocata.
 Nam

Nam
 tis doc
 fices, e
 re via
 ta, atq
 tibus ex
 re, vel E
 gere. C
 Chriſtia
 mus Po
 cum I
 ſtraui.
 fuit, in
 Bonifac
 lippum I
 douicum
 VII. & P
 V. in Eliz
 omnes P
 tra ſpiti
 tanquam
 domina
 ſed ſpreu
 duobus P
 re, (eſt e
 fuiſſe pe
 iſtam ra

Nam & euentus rerum, in hunc diem, factis docent, parum aut nihil proficere Pontifices, dum hac sublimi, lubrica, & præcipite viâ incedunt: sed sæpius turbas, schismata, atque bella eo modo in Christianis gentibus excitare, quàm fidem Christi propagare, vel Ecclesiæ vtilitatem & libertatem augere. Quàm fuerit inutilis & perniciosus Christianæ reipub. Gregorij VII. (qui primus Pontificum hoc iter tentauit) in Henricum IV. conatus, factis iam superius demonstrauit. Quis autem ignorat quàm parum profuit, imo quàm multum obfuerit Ecclesiæ, Bonifacij VIII. impetus & censura in Philippum Pulchrum: similiter & Iulij II. in Ludouicum XII. Franciæ Reges: Clementis VII. & Pauli III. in Henricum VIII. & Pij V. in Elizabetham Angliæ Reges? Nonne hi omnes Principes Papale illud imperium, ultra spiritualis iurisdictionis fines protensum, tanquam meram arrogantiam, & vsurpatâ dominationem, non solum non agnouerunt, sed spreuerunt atq; riserunt? De postremis duobus Pontificibus ausim liquidò affirmare, (est enim orbi notissimum) in causa eos fuisse perdendæ religionis in Anglia, quòd istam tam inuidiosam, & latè patentem potestatem,



testatem, in regni illius Principem & populum, sibi assumere & exercere conati sint, quanto igitur rectius & sapientius Clemens VIII. qui spirituali & paterna charitate, & virtute nomini suo idonea, nutantem regni Francici in religione statum erigere ac stabilire maluit, quàm fastuosa & minace temporalis imperij autoritate contendere? quod sciret eam rarò, ac vix vnquam foelices exitus habuisse.

Regibus quidem, & Principibus omnibus, qui soli Deo & gladio se regna & principatus debere, haud vanè gloriantur, innatâ quadam animi elatione peculiare est, velle potius gloriose occumbere, quam alieno imperio sceptrâ submittere, & iudicem ac superiorem aliquem in temporalibus agnoscere. Ob eamq; causam ne expedire quidem Ecclesiæ, & Reipub. Christianæ videtur, Papam eâ in Principes seculares potestate præditum esse, propter varias quæ inde oriuntur cædes, calamitates, & religionis, rerumq; omnium miserimas mutationes. quo magis mirari licet quorundam hominû, qui sibi sapere videntur, imbecille iudicium, qui, vt tam odiosæ potestatis inuidiam à Põtificè remoueant; leniantq; indignationem Regum,

Regum
verent
lis affir
cis in R
gibus a
cunt, h
in offic
quàm sp
licet, &
nullo di
metium
gendo
ille qu
animos
nem hu
perus ex
sola imp
tantum
ralis pot
onis seu
do reu
si quid
pœna e
stinent
iram, &
Reges
nes leg

Regum, quibus illa tantopere displicet, non verentur prædicare & sparsis in vulgus libellis affirmare^a, temporalem istam Pontificis in Reges potestatem, ipsismet etiam Regibus apprimè vtilem esse: quòd, vt illi dicunt, homines interdum magis retineantur in officio, metu amissionis temporalium, quàm spiritualium rerum. Egregia ratio scilicet, & ijs digna qui Principes & priuatos nullo discrimine habent, omnesq; vno pede metiuntur. faciunt nam homines illi intelligendo, vt nihil intelligant. quasi verò metus ille qui in priuatos cadit, Principum quoq; animos occupare soleat, qui se aduersus omnem humanam potentiam, & vim, atq; impetus externos, satis tutos & munitos esse, sola imperij potestate arbitrantur. Ad eos tantùm ratio illa referri debet, quos temporalis potestatis terror, & ordinariæ iurisdictionis seueritas, metu pœnarum à delinquendo reuocant: hi enim (quia certum est eos, si quid deliquerint, pecuniaria vel corporali pœna coërcitum iri) maleficijs plerumq; abstinent, non propter cōscientiam, sed propter iram, & metum amissionis temporalium. At Reges non in eadē causa sunt, sed supra omnes leges humanas, omnēq; ius positiuū, soli Deo

^a In libello qui Gallicè inscribitur, La verité defendue cōtre le plaisir d'Arnaud.



Deo administrationem reddituri, & quanto tardius, tanto seuerius puniendi. Aduersus priuatos executio parata est, quam nequeant nisi ex indulgentia Principis euitare. Aduersus Principes quæ potest fieri executio, cum nullis humanarum legum sanctionibus teneantur, nullisq; ad pœnam vocentur legibus, tuti imperij potestate? Nam quod in iure expressum est: *Principem legibus esse solutum*; id Latini pariter & Græci interpretes, cum de omnibus legibus, tum maximè de pœnarijs intelligunt, vt ijs Princeps etiam si delinquat, non coërceatur. siue vt Græci dicunt, ἡγοὺν ἀμαρτίους οὐ Κοιλιέσθω. Quæ res facit, vt Reges amplitudine potestatis & armorum fiducia erecti, temporalium amissionem nihil timeant; quandoquidem vix vllus eorum tam peruersus existit, quin partis suæ complurimos sectatores inueniat, quorum ope consilióq; siue arte siue armis agendum sit, solium & sceptrum tueri se posse arbitretur. ob eamq; causam, tantum abest eos imperiosis Pontificum, de regnis auferendis, minationibus terreri, vt ijs potius in pietatem & religionem accendantur. Et verò satis constat, temporalem hanc potestatem, quam Papa super omnes mortales ab

ab aliqu
pibus v
qui Pet
summar
spiritual
dominat
auribus
nimum
cris liter
vllisue a
rium;
rem tar
libertat
verbo, &
re possim
benignita
Quapto
visum est.
facilius e
ritualis i
& pro sua
lachrymi
humiliter
vt in viar
ralis pote
aut paru
datione

ab aliquot retrò seculis sibi vendicat, Principibus vsque adeo esse exosam, vt ne ij quidē qui Petri sedem vel maximè venerantur, & summam successorum eius potestatem in spiritualibus agnoscunt, illius temporalis dominationis commemorationem haurire auribus, sine indignatione possint. quòd talis nimirum imperij Pontificalis. nullum in sacris literis, vel traditionibus Apostolorum, vllius antiquorum Patrum scriptis, testimonium, ac ne vestigium quidem appareat, & rem tanti momenti, tantam dico regnandi libertatem, euinci sibi sine manifesto Dei verbo, & euidente probatione, neq; ipsi ferre possint, neq; vlla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patiatur.

Quapropter cordatis hominibus plerumq; visum est, Pontifices tranquillitati Ecclesiæ, facilius consulturus, si more maiorum in spiritualis iurisdictionis finibus conuiescant, & pro sua Apostolica charitate precibus & lachrymis orando, obsecrando, obtestando, humiliter à malis Regibus contendant, rectā vt in viam redeant; quam si odiosa hac tēporalis potestatis interminatione (per quā nihil aut parum proficiunt) morum & fidei emendationem ab iisdem, velut per vim & metum



tum conentur extorquere. Quod si tam sint obstinati in malo Principes, vt nullis moueri lachrymis, nullis precibus flecti possint, Dei auxilium implorandum, Deiq; iudicio relinquendi. Sed ad cætera nunc pergamus.

C A P. XXXII.

SECUNDUM argumentum quod Bellarminus ex quinta sua ratione, superius à nobis relata, deducit, his verbis ab eo proponitur. *Potest pastor arietes furiosos destruentes ouile, separare & recludere: Princeps autem est aries furiosus destruens ouile, quando est Catholicus fide, sed adeo malus vt multum obfit religioni & Ecclesia, vt si Episcopatus vendat, ecclesias diripiat, &c. Ergo poterit pastor Ecclesie eum recludere (dicendum potius excludere, recludere enim, aperire est) vel redigere in ordinem ouium.*

Argumentum hoc quidem admittimus, & præterea quicquid inde necessaria consequutione inferitur: inferri autem nihil aliud potest, nisi Pastori Ecclesie, quo nomine Papam hîc intelligimus, ius fasq; esse expellere malum Principem de ouili Domini & eum excludere, ne cum reliquo grege Christiano

fiano in caula Dominica conquiescat : id est, eum extra communionem Ecclesiæ & Sanctorum, per excommunicationem eijcere, atq; omnibus regenerationis in Christo commodis spoliare, ac tradere satanæ, vsq; ad legitimam errati & contumaciæ satisfactionem. At hæc tota pœna spiritualis est & ecclesiastica, & maxima quidem omnium quas habet Ecclesiæ ^b : ultra quam ^b *Can. corri-* quod agat, vel contra priuatum, nihil est : ^b *piantr. 24.* nisi vt Principem politicum delinquente ^{93.} periore ^{93.} adeat, & ei pro vindicanda piæ matris iniuria, supplicet; qui quoniam nutritius Ecclesiæ est, in eius desertores & rebelles animaduertere corporalibus & ciuilibus pœnis debet. At hoc auxilio temporali destituitur Ecclesiæ, quando ipsemet summus Princeps est, qui committit propter quod meritò excommunicari possit, quia ipse nullum habet superiorem, nullisq; ad pœnam legibus vocatur tutus imperij maiestate. licet igitur Pastor Ecclesiæ siue Papa, excludere eum ab ouili per excommunicationem possit, atq; ita bonis omnibus spiritualibus priuare, nihil tamen eorum quæ ciuili & humana potestate possidentur, tollere & adimere ei potest: quia non ecclesiasticis,
 sed



fed pollicitis legibus, quæ in manu Regum sunt, res tales subijciuntur. & sicut nemo Christianus potest siue Princeps, siue priuatus, Papæ iudicium in spiritualibus effugere: ita nec subditus aliquis quocunq; ordine & loco sit, Regis seu Principis sui iudicium in temporalibus declinare. Nam quòd clericorum causæ alijs quam politicis iudicibus committantur, id singulari Principum beneficio & privilegio indultum est, quandoquidem iure cõmuni non minus Clerici quam Laici imperio temporali secularium Principũ subsunt. idq; ea ratione constat, quam ipsemet Bellarminus tradit ^b. nempe, *Clerici praterquam quod clerici sunt, sunt etiã ciues, & partes quedam Reipublicæ politicae.* inde est, quod olim, sub optimis & pijs Principibus Christianis, causæ omnes Clericorum solite fuerint, tam ciuiles quàm criminales, modo non ecclesiasticæ, apud politicos & temporales magistratus agitari ^c. Suam igitur, quæ nunc fruuntur, in hac re libertatem, Clerici omnes Principibus secularibus accepto ferre debent, ut capite 15. supra ostendimus. Vnde miror eundem Bellarminum asserere, Papam potuisse eximere simpliciter Clericos, propria autoritate, per legem canonicam,

De pot. 28.

De pot. 28.

^b Lib. 1. de Clericis c. 28.

^c Vide S. cap. 15.

canonic
cipum.
falso fa
uat iur
si per ea
Principe
clericos
inde cum
non alio
benefici
tentur,
Ethnici
dum est
ab illa su
nirer, qu
sto Salua
cit, seipsum
Nec m
lijs, quàm
propter le
errorem
Concilio
considera
nescio ad
cilia nem
& iurisdic
nihil qui

canonicam, à subiectione tēporalium Principum. Id enim, pace tanti viri dicam, est falso falsius. quia lex Christi neminem priuat iure dominiōque suo: priuaret autem, si per eam ius & dominium temporale, quod Principes, antequam fierent Christiani, in clericos habebant, ipsis inuitis auferret. Deinde cū ipsemet Papa exemptionem suam non alio iure, quā Principum largitate & beneficio nactus sit (nam vt aduersarij fatentur, subiectus erat de iure & de facto Ethnicis Principibus, sicut alij ciues) absurdum est dicere eum potuisse liberare alios ab illa subiectione. alioqui id in eum conueniret, quod impij Iudei blasphemātes Christo Saluatori exprobrarunt ^d: *alios saluos fecit, seipsum non potuit saluum facere.* ^d Math. 27.

Nec maior in hac re Patrum in Concilijs, quā Papæ, authoritas esse potuit. quapropter locus hic postulat, vt alium etiam errorem coarguamus, qui ex quorundam Conciliorum decretis, non satis perpensè consideratis latissimè emanauit, & nunc nescio ad quos tandem non pertingit: Concilia nempe liberasse clericos à potestate & iurisdictione magistratuum ciuiliū, quo nihil quicquam magis à veritate alienum.

Nus-

Nusquam enim in aliquo Concilio reperitur, Patres id sibi autoritatis assumpsisse, vt iudices seculares imperio & iurisdictione in Clericos priuarent, aut vlllo modo prohiberent, ne de Clericorum causis apud se in iudicium deductis cognoscerent: nisi postquam singulari Principum beneficio, quod à Iustiniano incepit, id fori priuilegium clericis concessum est. Nam cum ipsimet illi Antistites, qui Concilijs intererant & præerant, temporalibus potestatibus subditi essent (vt docet S. Augustin. in expositione capituli 13. epistolæ ad Roman.) fieri non potuit, vt aut seipsos aut alios, propria autoritate, ab illa subiectione liberarent. Sciendum itaq; est, priscos illos Ecclesiæ Patres, apud quos disciplina ecclesiastica, cuius nunc neglectus nimis est, syncerè & seuerè vigit, omnem nauasse operam, vt clerici non solum doctrinâ, sed morum etiam probitate, & vitæ innocentia, populo præluerent. ob eamq; causam Clericos omnes monuisse, & Conciliorum decretis siue canonibus sanxisse, ne ipsorum aliquis, aduersus alium, querelas vllas ciuiles aut criminales ad secularem iudicem deferret: sed vt controuersias suas omnes, vel inter se amicorum

corum
lent au
dicio u
dem, a
runt, q
prohib
corum
gerent,
agebam
Patres
contin
tuit (v
comm
proprie
res imp
sape do
temptui
lapsus h
qui pac
charita
sermon
am ster
videren
His e
laicoru
fis Cler
uerunt

eorum arbitrio componerent, vel, si id nol-
lent aut nequirent, eas Episcopali saltem iu-
dicio terminarent. Atque hæc quidem eod-
em, aut certè non absimili consilio statue-
runt, quo D. Paulus in epistola 1. ad Corinth.
prohibuit ne Christiani alij alios ad Ethni-
corum & infidelium iudicium tribunalia co-
gerent, ibique contenderent: de quo modò
agebamus *. eo inquam consilio fecerunt id * *Cap. 21.*
Patres isti, vt si quid humanitus Clericis
contingeret, quod laicis scandalo esse po-
tuit (veluti vitia quæ humanâ fragilitate
committuntur) id testius & occultius apud
proprijs Episcopos emendaretur, nec ad au-
res imperitæ multitudinis perueniret, quæ
sæpè doctrinam moribus metitur, & aut cõ-
temptui aut ludibrio eiusmodi Clericorum
lapsus habere solet. & præterea ne Clerici,
qui pacis & cõcordiæ studiosi esse debent, &
charitatis ac patientiæ exemplum opere &
sermone præbere, litium & discordiarum vi-
am sternere secularia iudicia frequentando,
viderentur.

His ergo decretis Conciliorum nihil iuri
laicorum detractum est, quo minus de cau-
sis Clericorum cognoscerent. Non enim ve-
tuerunt Patres, imò nec vetare potuerunt,

R

ne



ne iudices seculares causas clericorum ad se perductas disceptarent, definirentq; (id enim fuisset Principibus & Magistratibus ius dominiûmque suum eripere, quod lex Christi non permittit) sed vetuerunt ne Clerici alij alios ad eiusmodi iudices pertraherent, canonicis siue ecclesiasticis pœnis in non parentes constitutis. Hoc autem constituere, rectè & legitimè sine cuiusquam iniuria potuerunt: quemadmodum bonus multorum liberorum pater, præcipere potest filijs, & sub pœnis domesticis prohibere, ne inter se de vllis controuersijs apud iudicem contendant, sed vt de patris aut fratrum sententiâ litem omnem discordiamq; consopiant: nec id liberis imperando, legitimorum iudicum potestati quicquam præiudicat. Ita planè Conciliorum Patres filijs suis, id est, clericis, actionum inter se apud seculares iudices exercitio interdixerunt, non auferendo quidem laicis cognoscendi & iudicandi facultatem, sed adimendo clericis pristinam ipsos impune adeundi libertatem. Hoc autem non est eximere clericos de potestate & iurisdictione magistratuum temporalium, sed tantum viam & modum inire, per quem clerici aduersus clericos negotium habentes,

ius

ius suum
si strepit
habere
tium et
ra subij
iste oru
stra veri
Primu
creuit, f
tium, a
interfui
Concil
quisquis
conorum
men fuer
commota,
cis iudicij
fuerit pro
& hoc in
dat quod e
rit. Cui e
auctorita
indiat, q
do, de iudic
matorum
Ecclesiam
piat. Ecq

ius suum facile cōsequantur, sine vllō foren-
si strepitu laicorum. Atq; hæc ita prorsus se
habere ne quis omnino dubitet, operæpre-
tium esse existimavi, ipsa Conciliorū decre-
ta subijcere, ex quibus malè intellectis error
iste ortus est: vt inde lector narrationis no-
stræ veritatem intelligat.

Primum ergo quod de hac re aliquid de-
creuit, fuit Concilium Carthaginense ter-
tium, anno Domini 397. celebratum: cui
interfuit S. Augustinus, & subscripsit. eius

Concilij can. 9. sic scribitur. *Item placuit, vt* Cui enim ad
quisquis Episcoporum, presbyterorum, & dia-
conorum seu clericorum, cum in Ecclesia ei cri-
men fuerit intentatum, vel ciuili causa fuerit
commota, si relicto ecclesiastico iudicio, publi-
cis iudicijs purgari voluerit, etiam si pro ipso
fuerit prolata sententia, locum suum amittat,
& hoc in criminali iudicio. In ciuili verò per-
dat quod euicit, si locum suum obtinere volue-
rit. Cui enim ad eligendos iudices vndiq; patet
authoritas, ipse se indignum fraterno consortio
indicat, qui de vniuersa Ecclesia malè sentien-
do, de iudicio seculari poscit auxilium: cum pri-
uatorum Christianorum causas Apostolus ad
Ecclesiam deferri, atq; ibi determinari præci-
piat. Hoc ideo di-
citur, quia
tunc tempo-
ri magistrat-
us solebant
dare indices
privatis cau-
sis disceptan-
dis postulatis
litigatorum,
& de eorum
consensu: &
ideo clerico-
rum consor-
tio indignum
iudicabant,
qui iudicem
potius lai-
cum quam
clericum
postulabant.

bili aliqua ratione colligi possit, Concilium voluisse clericos magistratuum secularium iurisdictione eximere? aut clericis laicos non esse legitimos iudices indicare? quin planè contrà ostendit, se non negare seculares iudices de causis clericorum rectè cognoscere & iudicare posse, nec se ipsorum sententias, quasi à non competente iudice latas improbare; sed tantùm id agere, vt eorum clericorum leuitatem & procacitatem coerceat, qui post causam in Ecclesia tractari cœptam, spretis & relictis iudicibus ecclesiasticis, laicorum se arbitrio iudicioq; committunt. quo casu, non improbat quidem Concilium sententiam à seculari iudice latam, nec eum non legitimum iudicem fuisse pronunciat, sed tantùm pœne nomine priuat clericum fructu & emolumento talis sententię, propter eius improbitatem. Quod autem illius Concilij Patres tunc agnoscebant Magistratus civiles esse legitimos iudices clericorum, ex eo satis intelligi potest, quòd decretum hoc suum ad eum casum restrinxerunt, quo crimen clerico *in Ecclesia fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota.* extra hos casus ergo, clericis licebat impune, per hunc Canonem, in foro civili causas suas

suas pe
gare.

Seq
cilium

Can. i

uersus

lingua

percurr

apud pr

iusdem

rint, iu

fecerit

ce vt

clerico

ces ade

stratus &

ad se cler

nuncien

compell

hoc Ca

canonis

tur apud

Concilij

suas persequi, & coram iudice seculari litigare.

Sequutum deinde est celeberrimum Concilium Chalcedonense ann. Dom. 451. quod Can. itidem 9. sic statuit. *Si quis Clericus aduersus Clericum habeat negotium, non derelinquat proprium episcopum, & ad secularia percurrant iudicia. Sed prius actio ventiletur apud proprium Episcopum, vel certè consilio eiusdem Episcopi apud quos utraq. partes voluerint, iudicium obtinebunt. Si quis præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit.* Ecce vt Concilium hoc sermonem dirigit ad clericos, ne proprijs episcopis relictis, iudices adeant seculares: non autem ad Magistratus & iudices temporales, ne venientes ad se clericos audiant, & causã cognitã pronuncient, ac iudicatum facere, iuris ordine compellant. nihil ergo potestati laicorum hoc Canone detrahitur. quinimo verba illa canonis siue decreti, *sed prius actio ventiletur apud proprium Episcopum*, satis ostendunt Concilij Patres id solum exigere, vt causæ omnes clericorum in prima instantia apud episcopum ventilentur; deinde si opus fuerit, ad secularis iudicis examen deferatur: neq; enim verisimile aut credibile est, ver-



bum illud *Primum* à tot summis & sapientibus viris otiose & superflue positum fuisse; atq; ita canon ille omnino conuenit cum Nouella Iustiniани constitutione 83. in clericorum gratiam facta. *Ut Clerici apud proprios Episcopos primum conueniantur, & post hoc apud ciuiles iudices.* Non ergo infirmatur hoc canone, sed potius confirmatur iurisdic-tio secularium iudicum in clericos.

Eodem modo in Concilio Agathensi, sub Alarico Rege, anno Dom. 506. Patres qui eo conuenerant, can. 32. statuerunt, *ne clericus quenuquam præsumat apud secularem iudicem, Episcopo non permittente, pulsare.* quem canonem Gratianus in suum Decretum, mutata lectione, & sensu detorto, non sine flagitio transtulit. Nam quod dixerat Concilium, *Clericus ne quenuquam præsumat, &c.* id ille ad suam sententiam hoc modo corruptam traxit: ^d *Clericum nullus præsumat apud seculare iudicem, Episcopo non permittente, pulsare.* Ut prohibitio etiã Laicos includat, ne Clericum coram iudice seculari conueniant: cum tamen solis Clericis facta sit, nulla de laicis habita mentione. quinimo pars secunda illius canonis manifestè ostendit, Concilium ita demum laicis Clericos ad se-

|cularia

id XI. q. 1.
Can. Cleri-
cum.

cularia iudicia trahentibus succensere, & poenas ecclesiasticas proponere; si per calumniam vexandi animo id egerint. Sequitur enim in eo Canone: *Si quis verò secularium per calumniam, Ecclesiam aut Clericos fatigare tentauerit, apud seculares iudices scilicet litigando, & conuictus fuerit, ab Ecclesie liminibus, & à Catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, coerceatur.* Corruptum autem Gratianus non solum huius Concilij sententiam, sed etiam epistolæ Marcelini Papæ, in eadem Caus. & quæst. can. 3. & pro *Clericus nullam*, posuit *Clericū nullus*. ut mirum non sit, Canonistas, qui Gratiani tantum collectanea perlegebant, falsa lectione deceptos, in hunc quem carpinus errorem incidisse. sed mirum est Bellarminum corruptam illam Gratiani lectionem utrobique sequutum esse, ac non potius veram & genuinam ipsorum authorum in suis Cōtrouersijs, lib. 1. de Clericis. cap. 28.

In Matisconensi autem Concilio I. sub Guntramno Rege habitum, anno Dom. 576. Canon 8. in hunc modum conscriptus est. *Vt nullus clericus ad iudicem secularem, quemcunq; alium fratrem de clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere, quocunq; loco præsumat:*

R 4

mat:



mat: sed omne negotium clericorum aut in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut Archidiaconi presentia finiatur.

Et in tertio Concilio Toletano, quod Æra 627. hoc est ann. Dom. 589. regnante Recaredo Rege celebratum est, Canone 13. de Clericis similiter statuitur. *Diuturna indisciplina, & licentia in olita presumptio, usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut Clerici conclericos suos, relicto Pontifice suo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus hoc de cetero non presumi. Si quis hoc presumpserit facere, & causam perdat, & à communionem efficiatur extraneus.*

Hæc illa sunt solennia & ferè sola sacrorum canonum decreta, in quibus errorem suum fundant, qui falso putant Concilia potuisse eximere, & de facto exemisse, Clericos de potestate Laicorum: quos tamen ipsimet Canones adeo perspicue redarguunt, ut nihil necesse sit alia, ad eam opinionem conuellendam, aliunde accersere. Atq; hæc ego quidem, non eo animo & consilio, ut priuilegia clericorum exagitem, aut quod ea illis inuideam, vel detrahi cupiã. Sciunt qui me norunt, quo semper loco Ecclesiasticos homines habuerim habeamq;. Sacerdotes

res De
redign
filius
res de
access
nos, &
res, col
quidem
Princip
emptio
cis con
ab ing
us. N
bus sec
bus, qu
accepere

A M
cel
ijs quibus
dio & de
Dicam en
cuius tor
aut, si me
scire, no

tes Dei, vt parentes, vëneror, omniq; honore dignos cenſeo. Sed eos, tanquam humilis filius moneo ne ingrati ſint, nec benefactores dedignentur, à quibus tot illis priuilegia acceſſerunt. Principes temporales vt Patronos, & libertatis ſuæ vindices, ac protectores, colere & ſuſpicere tenentur: & non, vt quidem eorum nunc faciunt, negare ea ſe Principibus debere; ſed libertatem & exemptionem omnem Pontificijs & Canonicis conſtitutionibus accepto ferre; quo nihil ab ingratis animis proficiſci poteſt ingratus. Non enim à Pontificibus ſed à Principibus ſecularibus, nec à Canonibus ſed à legibus, quicquid habent temporalis libertatis acceperunt.

C A P. XXXIII.

Amplius dicam, & veritatem dicam, licet odium fortassis mihi parituram ab ijs quibus omnia ſunt inuidioſa, quæ ſuo ſtudio & deſiderio vel minimùm aduerſantur. Dicam ergo, & grande verbum proloquar, cuius fortè aut nondum meminit quiſquam, aut, ſi meminit, ſaltè eos quorū intererat id ſcire, non vt debuit cōmoneſcit. Clericos ſcilicet

scilicet per totum orbem, quocunq; ordine vel gradu sint, non esse adhuc vlllo modo exemptos & liberatos à potestate temporali Principum secularium in quorum regnis & regionibus vitam degunt, sed perinde ac ceteri ciues ijs subiectos esse in omnibus, quæ ad politicam & temporalem administrationem & iurisdictionem pertinent, inq; eos ius vitæ ac necis, sicut in cæteros subditos ad eiusmodi Principes pertinere; ac proinde quidem posse Principem (de eo loquor qui superiorem in temporalibus non agnoscit) Clerico delictum quodlibet non ecclesiasticum committenti, culpam vel clementia & indulgentia condonare, vel debitis lege supplicijs vindicare. Hoc etsi durum, & paradoxo simile ijs fortè videatur, qui contrariæ opinionis errore imbuti se in solius summi Pontificis ditione ac potestate constitutos arbitrantur, nec vllis præterea humanarum legum constitutionibus obligari: faxo tamen breuiter vt planè intelligant nihil hoc verbo esse verius, dummodo faciles aures velint rectæ rationi aperire. Pendet autem eius veritas ex ijs qui suprâ, de melioris notæ Theologorum sententiâ, posita sunt & probata: & inde necessaria atque euidenti con-

conclusionone mox demonstrabitur. Primum igitur positum est & concessum, atq; etiam firmissimis rationibus & testimonijs confirmatum, Christianos omnes tam Clericos quam laicos in Regum & Imperatorum manu ac potestate fuisse, quamdiu Ecclesia sub Ethnicis Principibus militabat: Atque hoc quidem demonstrationis nostræ fundamentum est: cui illud accedit, quod similiter positum est & concessum, nempe *legem Christi neminem iure dominioq; suo priuare*, quia *non venit soluere legem sed adimplere*. ac proinde Principibus postea ad fidem perductis certum est clericos omnes eodem ordine & loco mansisse, quantum ad subiectionem temporalem, quo prius erant, Principibus in infidelitate constitutis. quia lex Christi neminem priuat dominio suo, vt dictum est. atq; ea ratione priuilegia & exemptiones à pijs Principibus clericis sunt concessa, quibus neququam opus illis fuisset, si clerici non pleno iure, vt antè, sub Principum potestate & iurisdictione mansissent. Hæc adeo clara sunt & aperta & tam supra tot testimonijs, tot monumentis, probata & testata, vt ea repetere hoc loco, aut illis aliquid addere, opera superuacanea videatur. quod sequitur

quitur ergo videamus: videamus inquam, quo modo ex istis principijs superior sententia nostra, manifesta demonstratione, & concludendi necessitate procedat. nempe hoc modo. Nusquam memoriæ proditum est ab vlllo scriptore, Principes qui istis Clericos priuilegijs & exemptionibus donarunt, ita eos à se liberos dimisisse, vt sibi amplius non subessent, nec Maiestatem agnoscerent, imperiõue parerent (legantur quæ de priuilegijs illis scripta sunt, ne minimum quidem in ijs tantæ libertatis testimonium reperietur.) Id tantum clericis largiti sunt, ne apud magistratus seculares, sed apud proprios Episcopos & iudices ecclesiasticos cõueniantur: hoc autem non est eximere clericos de potestate ipsorum Principum, aut eorum iurisdictioni iudicioq; præiudicium facere, siquando illis libitum fuerit de causis Clericorum cognoscere, quæ modo merè spiritualia non sunt. imo non potuerunt Principes, nec adhuc possunt, clericos in suis regnis constitutos ea libertate donare, ne ipsis potestate temporali subsint, neue delinquentes ab ijs iudicari & puniri possint, nisi eadem operâ sese principatu atq; imperio abdicent. est enim proprium Principum inseparabile,

para
tes.
qua
ber
bra
gun
reat
ena
corp
Prin
gi,
dur
ten
ci su
publ
ne in
que
publ
nec
ipse
aur
ues.
in q
mer
con
scien
alite

parabile, animaduertere posse in delinquentes, & omnia reipublice membra, ciues inquam omnes, pœnis & præmijs legitimè gubernare. Et sicut in corpore naturali membra omnia capiti subijciuntur, atq; ab eo reguntur, vt monstrosum planè corpus appareat, in quo superflua & à capitis imperio aliena membra conspiciuntur: ita etiam in corpore politico, necesse est membra omnia Principi, seu capiti, esse subdita, & ab eo regi, hoc est præmijs vel pœnis affici secundum merita singulorum. Atqui clerici (vt factentur aduersarij) ^a *præterquam quod clerici sunt, sunt etiam ciues, & partes quadam reipublicæ politicæ.* quod verum est; & eâ ratione inter regni ordines numerantur, primūque locum obtinent. Ergo vt ciues & reipublicæ politicæ partes, Principi subsunt; nec possunt ei in temporalibus, quamuis id ipse vellet, non esse subiecti: alioqui verò aut ipse Princeps non esset, aut non illi ciues. Stultum igitur est existimare Clericum in quacunq; causa conuentum (modò non merè spiritualis sit) posse summi Principis consistorium declinare, aut eius cui, ex certa scientia, Princeps causæ cognitionem specialiter mandauit. Nam quod Principes per raro

^a Bellarm. lib. I. de Cleric. cap. 28.



*Surinus in
commentar.
anno. 1545.*

*Infra cap.
vii.*

raro de causis clericorum cognoscunt, aut
suis eas magistratibus mandant, id non po-
testatis sed voluntatis defectum arguit.
Hinc est, ex hoc inquam Principum secula-
rium in clericos imperio temporali, quod
nostro seculo Carolus V. Imperator vocari
in ius ad se fecit, Hermannum Archiepisco-
pum Coloniensem, vt de criminibus à clero
& Vniuersitate ei obiectis se purgaret: ^b
quodq; multis in locis Principes sibi quæ-
dam clericorum delicta specialiter vindici-
canda reseruarunt: eaque suis magistrati-
bus cognoscenda & iudicanda committunt.
vt sunt illa crimina quæ priuilegiata vocan-
tur in Gallia, veluti maiestatis, gestationis
armorum, adulterinæ monetæ, infractæ se-
curitatis, & similia: neq; per hoc vllam cle-
ricis iniuriam fieri, aut ecclesiasticam liber-
tatem aliqua ex parte impediri, minuiue pu-
tandum est. Multi ecclesiasticam liberta-
tem in ore habent, qui prorsus, cuiusmodi il-
la sit, ignorant. nos eam alio loco ^c, quid sit,
& in quibus consistit, vberius explicabimus.

Quæ cum ita sint, nemini, credo, obscu-
rum esse potest, omnem Clericorum liber-
tatem temporalem, tam quoad personas
quàm quoad res, à secularibus Principibus
esse

esse
tant
Pon
quo
ne a
exer
temp
deber
rum
nica
fiast
ber
est
poti
cano
uiles.
cit, P
qua
dicer
rem
liber
thor
eo di
rit E
rici
cipu
ne pa

esse profectam: non autem, vt quidam putant, vel iure diuino debitam, vel à summo Pontifice, aut canonibus, ijs tributam. Nam quod Bellarminus pro supplemento & ratione adfert, ^d vt probet Papam & Concilia ^d *Dist. lib. 1. cap. 28. de cleri.* exemisse simpliciter clericos de potestate temporali, *legem scilicet Imperialem cedere debere legi canonica*, id non vniuerse verum est, sed tunc solum, quando lex canonica de rebus merè spiritualibus & Ecclesiasticis lata est: subiectio autem vel libertas clericorum in ciuilibus negotijs, non est res merè spiritualis & ecclesiastica, sed potius politica & temporalis, quo casu sacri canones non dedignantur imitari leges ciuiles. ^e Nec maior vis in eo est quod subijcit, *Papam posse Imperatoribus iubere in ijs, qua ad Ecclesie auctoritatem spectant.* quasi diceret, Papam potuisse cogere Imperatorem emittere Clericos de sua potestate, quia libertas Clericorum spectat ad Ecclesie auctoritatem. Nam hoc quoq; falsum esse ex eo dignoscitur, quod nunquam maior fuerit Ecclesie auctoritas, quam tunc cum Clerici omnes Principibus Christianis, & Principum Magistratibus, temporali subiectione paruerunt. Nec ista quidem clericis exemptio

^e Cap. 1. de noni oper. nunciat.



emptio & libertas ad augendam Ecclesiæ
authoritatem concessa est, illa quippe non
minor antea fuit; sed ad eos liberandos à
vexatione & molestijs, quas sæpe secularium
iudiciorum rigor & seueritas adferebant.

Hinc illa existit quæstio. Liceatne Prin-
cipibus, in suo cuique territorio sine vllâ Ec-
clesiæ iniuria, priuilegium istud exemptio-
nis clericorum, à secularium iudicum cog-
nitione, aliquo casu reuocare, atq; ad ius
commune & statum pristinum rem totam
reducere? De qua non ita pridem consultus
& interrogatus, nihil dum respondi, nisi no-
uam eam mihi videri, & deliberationem
difficilem: licet enim à nonnullis proposita
sit, à nemine tamen pro dignitate tractata
est. Mouebat consultores communis & vsi-
tata adimendorum priuilegiorum ratio,
quam solet ipsemet Pontifex, omnesq; Prin-
cipes obseruare: ea est, si aut reipublicæ
noxia esse incipiant, aut causa propter quam
concessa erant defecerit, aut ipsis priuilegi-
arij ad malum & illicitum finem abutantur.
Et causam quidem huius exemptionis con-
cedendæ adhuc durare, semperq; duraturam
dicebant; reuerentiam nempe quam
omnes ei hominum generi exhibere debent:

eius

eius tan
ordinis e
adeo tre
merito
nos ea
si Deus v
plicatus

A D
qu
& respo
rum libe
emptione
certo cert
la separant
stiani a cor
Ecclesie, n
poralia au
cedat, qua
licationis
bus nomin
pa sed Pri
legis ciuili
mit. Pap
commun

eius tamen abusum, non sine magno totius ordinis ecclesiastici scandalo, multis in locis adeo frequentem esse, vt id illis beneficium meritò adimi posse videatur. Hæc illi. Sed nos ea de re in libris, *de corruptione seculi*, si Deus vitam & vires dederit, vberius & explicatius disputabimus.

C A P. XXXIII.

AD argumentum nunc igitur reuertor, quod capitis 32. initio propositum est, & respondeo, nihil illud ad bonorum quorumlibet temporalium nedum ad regni ademptionem pertinere. Certum enim est, & certo certius, excommunicationem, quâ solâ separantur & excluduntur peruersi Christiani à consortio fidelium, & communione Ecclesię, nemini patrimonium & bona temporalia auferre; nisi ex eiusmodi causa procedat, quam Princeps temporalis, poenâ publicationis bonorum vindicandam, suis legibus nominatim sancierit. Quo casu non Papa sed Princeps, non excommunicatio sed legis ciuilis latio bona excommunicato adimit. Papa certè, ne clerico quidem à se excommunicato & deposito, siue degradato,

S bona



^a Cap. cum
non ab ho-
mine. de
iudic.

bona patrimonialia auferre potest. ^a Malè quidem ageretur cum gente Christiana, si per solam excommunicationem, latam à iure vel ab homine, excommunicatus rerum suarum dominio excideret: quandoquidem bona semel à fisco harpagata, vix vnquam ad veterem dominum reuertuntur. atq; ita excommunicatio quæ medicinalis esse debet, esset quodammodo exitialis: propterea quòd excommunicatus, licet culpam iusta pœnitentia eluendo, in pristinum statum gratiæ fuerit restitutus, bona à fisco occupata, & forsitan consumpta vel alij donata nunquam aut ægre recuperare posset.

Censuræ igitur ecclesiasticæ, quarum grauissima est excommunicatio, in animas, non in opes laicorum agunt. sicut è contrario, pœnis ciuilibus corpora, non animæ afficiuntur. Cùm itaq; non pontificali sed Principali autoritate, fontes & facinorosi bonorum amissione plectantur: cùm inquam non Pontifex sit, qui ecclesiasticæ iurisdictionis potestate, & vi ac virtute excommunicationis, alteriusue censuræ quantumlibet iustæ & grauis, bona temporalia alicui priuato adimit: sed Princeps tantum politicus, qui vt Ecclesiæ gratificetur, & ei factam iniuriam

riam vi
suo, po
se latis
Papa i
in tem
bus nul
cipatur
minium
thorita
tis in P
tributu
cipibu
condi
in priu
exercer
Sed
euidenti
Papa m
bus & I
olim pr
& alior
ralem
pari om
tro con
gustare
missio
nus ad

riam vindicet, nunc has nunc illas, arbitrato suo, poenas in eius contemptores, legibus à se latis sancire consuevit: qui fieri potest, vt Papa ipsimet Principi, qui super se neminem in temporalibus iudicem habet, quiq; legibus nullis ciuilibus tenetur, Regnum, Principatum, ditionem, dignitatem, omneq; dominium, sola Pontificia & ecclesiastica auctoritate eripiat? Nunquid plus ei potestatis in Principes, quàm in priuatos, Dei lege, tributum esse constat? aut nunquid Principibus quàm priuatis duriore & deteriore conditione est viuendum, vt quod Ecclesia in priuatum nequeat, id in Principem possit exercere?

Sed vt huius rei veritas aliâ adhuc ratione euentius appareat, quæro ab istis, vtrum Papa maiore nunc cum auctoritate Regibus & Imperatoribus præfideat, quàm quâ olim præditus erat, antequam Constantini & aliorum Principum largitate, ad temporalem principatum esset euectus? an verò pari omnino; eâ scilicet quam Christus Petro contulit, & quam nemo mortalium angustare vel amplificare potest, quamque, amisso omni principatu seculari, non eo minus ad finem vsque seculi retinebit? Et si

S 2 maiore,



maiore, vnde illa tandem ? à Deo ne, an ab hominibus ? neutrum certè sine manifesta calumnia affirmari potest. Ecquis enim, cui sanum est cerebrum, vnquam dixerit, nouum aliquod imperium in Reges & Principes Christianos à Deo Pontifici datum, ex eo quod ipse temporaliter quibusdam in locis regnare, & diadematus simul ac mitratus in oculos hominum prodire cœperit ? aut si dicat, vlla id possit vel ratione vel auctoritate comprobare ? Multo autem minus talis ei ab hominibus auctoritas accessit. quia vt vulgò dici solet, *actus agentium non operantur ultra ipsorum voluntatem.* ^b & quamuis Reges & Imperatores Christiani, suas Christi vicario ceruices in spiritualibus submitterint, & adhuc submitunt (qui modò fidem orthodoxam profitentur) tamen nemo omnium in temporalem Papæ ditionem & potestatem cōcessit. nemo non liberam atq; intactam suam iurisdictionē secularem sibi reseruauit. quod si fortè aliter ab aliquo factitatum inueniatur, id exceptionis loco habendū est, per quā regula in non exceptis solidius confirmetur. Ex hoc autem fundamento, quod certissima ratione nititur, argumentum optimum ad hanc formā redigi potest.

Summus

^b L. non omnis 19. D. de reb. cred.

Summus Pontifex non habet nunc maius imperium in Principes temporales, quàm habuit antequàm ipse esset Princeps temporalis.

Atqui antequam esset Princeps temporalis, nullum in eos temporale imperium vlllo modo habuit.

Ergo nullum nunc quoq; in eos vlllo modo habet.

Propositionis veritas adeo est perspicua, vt eam alijs argumentis ostendere, nihil sit necesse. Assumptum autem probatur hoc modo.

Nemo inferior & subiectus habet imperium in suum superiorem & Dominum, vt possit eum iudicare in eo ipso in quo est ei subiectus.

Papa antequam fieret Princeps temporalis, erat Regibus & Imperatoribus, quantum ad temporalia, inferior & subiectus.

Ergo non habuit in eos temporale imperium, vt possit illos in temporalibus iudicare.

Huius quoq; syllogismi propositio omnem extra controuersiam est, cum nemo nisi à superiore iudicari possit, à superiore inquam



quam in ea ipsa re de qua iudicium constitutum est. Nam, ut sapius dictum est, *par in parem non habet imperium*. & per rerum naturam fieri non potest, ut vnus & idem sit simul inferior & superior, in eodem potestatis genere, respectu vnus & eiusdem: non magis quam ut idem sit pater & filius respectu vnus & eiusdem, eaq; ratione vtitur Bellarminus ut probet Papam *non posse submittere se ipsum sententiæ coactiue Conciliorum*. Assumptionem fatentur aduersarij, cum affirmant, & rationibus liquidò confirmant, *exceptionem* (seu maius exemptionem) *clericorum in rebus politicis, tam quoad personas, quam quoad bona, iure humano introductam esse*.^d Nam teste Augustino, *iura humana sunt iura Imperatorum, quia ipsa iura humana per Imperatores & Reges seculi, Deus distribuit generi humano*.^e Ab Imperatoribus ergo & Regibus habent Clerici, quicquid exemptionis & libertatis est, quâ nunc in rebus politicis toto orbe perfruuntur, ut supra proximo cap. ostendimus: idq; gratuitò: non enim ut ea Clericis beneficia concederent, cogi ab Ecclesia vllò modo potuerunt. quandoquidem nulla id lege diuina expressum & cautum reperitur: & lex Christi neminem

^a Lib. 2. de
Concilij. ca.
18.

^b Bell. lib. 1.
de cler. cap.
vlt.

^c Can. quo
iure. dist. 8.

minem
tentur
vt ipso
in temp
spiritua
consequ
rum ciu
ralibus v
potestat
tatum i
num p
tur: ne
manu
scrimer
nuè fass
esse fing
huc Prin
natur, f
Gallia, I
sub alier
terioris
non pos
ter subie
punire?
Reges &
zionem
antea h

minem iure dominióq; suo priuat, vt ipsi fa-
 tentur, & nos sæpius monuimus. Ideóque,
 vt ipforum fert doctrina ^f, *Episcopi Regibus* ^f *Author.*
in temporalibus rebus, & Reges Episcopis in ^f *respons. ad*
spiritualibus subiecti esse debent. His omnibus ^f *præcip. ca.*
 consequens est, Clericos communj reliquo- ^f *apologia,*
 rum ciuium iure in rebus politicis & tempo- ^f *quem multi*
 ralibus vsos fuisse, & secularium iudicium ^f *Bellarmini*
 potestati æquè subiectos, atq; cæteros ciui-
 tatum incolas, antequam istis exemptio-
 num priuilegijs à Pij Principibus donaren-
 tur: nec vllum in ea re inter episcopum Ro-
 manum, siue Papam, & alios clericos di-
 scrimen fuisse, multi sancti Pontifices inge-
 nuè fassi sunt. Quod ergo fieri potuit, factum
 esse fingamus: Pontificem scilicet nullo ad-
 huc Principatu aut priuilegio temporali do-
 natum, sed sicut eius coepiscopi & fratres in
 Gallia, Hispania, Britannia, alijsq; in regnis,
 sub alieno imperio vitam degere. Nonne su-
 perioris argumenti necessitate euinceretur,
 non posse eum Principes, quibus temporaliter
 subiectus est, in temporalibus iudicare ac
 punire? Aut ergo maius nunc imperium in
 Reges & Imperatores nactus est, per exemp-
 tionem & priuilegia ab ipsis concessa, quàm
 antea habuit; aut eos adhuc non poterit in



temporalibus iudicare.

Quod si fortè aliquis tam sit ineptus, vt dicat, Papam semper hanc potestatem ab ipso Christianæ Ecclesiæ primordio habuisse, iudicandi scilicet ac deponendi malos Principes, sed iniuriâ temporum, ex accidente quodam impeditum fuisse, ne eam exerceret, quamdiu illis quoad temporalia subijcebatur: nunc verò, postquam temporali Principum iugo subtractus est, & Princeps temporalis effectus, nihil esse quod impediat quo minus iurisdictionem illam liberè exerceat. si quis inquam hæc tam vana iactet, non aliud ei respondendum est, nisi non solum falsa, sed etiam *diuina* esse quæ dicit, hoc posito quod aduersarij fatentur, quòdque verissimum est: Pontifices nimirum, antequam à pijs Principibus temporali iurisdictione penitus eximerentur, fuisse ipsis de iure & de facto subiectos. Impossibile enim est eos tunc habuisse illam potestatem: quia non competit nisi iure superioritatis. implicat autem contradictionem, Papam fuisse iure superiorem, & iure subiectum, eodem tempore, & in eadem potestatis specie, respectu vnus & eiusdem. & naturalis rerum ordo non patitur, vt inferior

8 Rom. 13.

inferior siue subiectus superiori & dominanti imperet. Cùm itaque absurdum sit, & impium, existimare Christum Saluatorem, *qui non venit soluere legem, sed adimplere*, aliquid contra legem naturalem, & sanctissimam viuendi normam statuiffe, necesse est magno eos in errore versari, qui asserunt Petro, & in eius persona cæteris Pontificibus ei succedentibus, supremam hanc, de qua sermo est, potestatem, à Christo fuisse collatam: cùm nihil ad eius rei fidem faciendam adferant, præter rationes quasdam remotas, & parum firmas, ex similitudinibus, comparationibus, allegorijs, & id genus alijs confarcinatas, vt ex ijs quas iam refutauimus videre est: quæ omnes reijciendæ sunt, & nihili faciendæ, quando ad eas positas & cõcessas absurdum aliquod, vt in proposito, consequitur; vel quando probabiliores, & fortiores rationes in Scripturarum & Patrũ authoritate fundatæ contrariam sententiam propugnant.

Supereft postremum Bellarmini argumẽtum, in quo refutando non multa opera opus est. *Tertium*, inquit, *argumentum est: Potest pastor, ac debet, omnes oues ita pascere, vt eis conueniat. Ergo potest ac debet Pontifex Christianis*



*Christianis ea iubere, atq; ad ea cogere, ad qua
quilibet eorū, secundum statum suum, tenetur.
id est, singulos cogere, ut eo modo Deo seruiant,
quo secundum statum suum debent. debent
autem Reges Deo seruire defendendo Ecclesi-
am, puniendōq; hæreticos & schismaticos. Ergo
potest ac debet Regibus iubere, ut hoc faciant,
& nisi fecerint, etiam cogere per excommu-
nicationem, aliasq; commodas rationes.*

Non video equidem quid hoc argumen-
to contineatur, quod Pontificis authorita-
tem & potestatem temporalem confirmet,
infirmetue. Nam eius principium de pastu
spirituali necessariò intelligendum est. fa-
cultates enim Pontificiæ, quamuis magnæ
sint, reficiendis omnibus ouibus pastu
corporali non sufficerent. finis quoq; , siue con-
clusio, de coërcione & compulsionem spiritua-
li intelligi debet: ait enim *cogere per excom-
municationem, aliasq; commodas rationes,*
subaudi *Ecclesiasticas*. Papa enim est pastor
Ecclesiasticus, non temporalis, nisi quatenus
ipse nunc certis in locis temporalem princi-
patum obtinet. Concedimus ergo totum
istud argumentum, & vltro fatemur, ac pro-
fitemur, Papam omnibus Principibus spiri-
tuali potestate imperare, illisq; iubere posse,
vt

vt facia
pertine
commu
Comm
tiones
nisi à tem
animadu
libertate
duas haf
diuino i
potestat
ctum e
cur a pa
rem Ch
in filium
pafte eun
hærefim,
peribus
iudicium
quoq;
correct
linquen
catione
tificiam
ualibu
di vlt
tis fina

vt faciant quæ ad suam fuorumq; salutem
pertinent, & ni faxint, *etiam cogere per ex-*
communicationem, aliâsq; commodas rationes.
Commodæ autem rationes sunt omnes ra-
tiones spirituales, non autem temporales,
nisi à temporali magistratu expediuntur. Idq;
animaduertens Ioannes Driedo in libris de
libertate Christiana ^h, postquam ostendit ^h *Lib. 2. c. 2.*
duas hæc potestates & iurisdictiones iure
diuino in Ecclesia esse distinctas, & *omnem*
potestatem secularem in spiritualibus subie-
ctam esse Papali potestati, ita vt Papa ratione
curæ pastoralis potestatem habeat in Imperato-
rem Christianum, perinde atq; pater spiritualis
in filium, & tanquam pastor in ouem suam, vt
possit eum iudicare & corrigere, si laberetur in
heresim, aut denegaret publicam iustitiam pau-
peribus & oppressis, aut leges conderet in præ-
iudicium Christianæ fidei. (quæ omnia nos
quoq; asserimus) Nullam aliam iudicij &
correctionis Papalis, in Imperatores sic de-
linquentes, pœnam, nisi solam excommuni-
cationem ponit: quod sciret nimirum Pon-
tificiam potestatem & iurisdictionem spiri-
tualibus pœnis esse contentam, nec progre-
di ulterius posse, nisi in temporalis potesta-
tis fines excurrat, & alienam iurisdictionem,
iure



iure diuino à sua distinctam & separatam inuadat. Non est autem cōmoda ratio & via, quam ineunt aduersarij, de malis Regibus imperio deponendis: quin potius omnibus modis incommodissima. tum quia vix vnquam ipsis Pontificibus aut Ecclesiæ feliciter succedit: sed infinitas in Ecclesiam & Rempub. Christianam calamitates, ex intestinis discordijs, schismatis, & bellis ciuilibus, solet inuehere; tum etiam quia respectu Papæ, cui spiritualia tantum commissa sunt, talis ratio non potest non videri prorsus aliena, atq; ex vsurpata iurisdictione procedere: ac proindeⁱ neq; commoda, neq; iusta, neq; possibilis est censenda. Hactenus rationes omnes, & ex rationibus argumenta, quibus Bellarminus conatur ostendere Papam habere supremam in Principes seculares potestatem *indirectè*, pro ingenij mei tenuitate, trutina nudæ & apertæ veritatis expendi.

*¶ L. filius. 17
D. de cond.
instit. l. 4. §.
condemna-
tum. D. de re
iudic.*

C A P. XXXV.

PVtabam initio, cū hoc opus ordire, satis esse, rationes omnes quibus vir iste doctissimus vtitur, diligenter excutere. Sed quoniam remittit nos ad alia, quæ apud Nicolaum

colaum Sanderum extare dicit (*vide plura, inquit, apud Nicolaum Sanderum lib. 2. cap. 4. de visibili Monarchia, ubi etiam multa ex ijs, quæ diximus, inuenies*) operæpretium me facturum arbitror, si illa quoq; Sanderi, quæ reliqua sunt, in medium protulero; ne nostræ scriptiois lector curiosus, aliquam aduersæ partis rationem omissam esse queratur: & ideo omissam putet, quòd talis sit quæ facillè conuelli nequeat. Constat quidem inter omnes, qui illos Sanderi libros non raptim & limis oculis percurrerunt, omnem eum mouisse lapidem, & plurima præter cæteros argumenta corrogasse, vt Papam istâ, qua de agitur, temporali potestate in omnes Christianos præditum esse demonstraret. Sed verisimile tamen est, virum illum, aut acerbiorè in suam Reginam Elisabethâ odio, cuius è regno exulabat, aut nimio in summum Pontificem Pium V. studio, cui multis nominibus erat deuinctus, aut alio, nescio quo, affectionis animi fumo vsque adeo fuisse occæcatum, vt non viderit se multa, non solum falsa & aliena, sed etiam à communi sensu & rationis iudicio abhorrentia, pro certis & solidis argumentis vsurpare. Eius ergo reliqua argumenta à Bellarmino



mino de industria, ut opinor, prætermiffa, ad compendium huc transcribam.

I. Argumen-
tum.

Vnum igitur ex eo deducit, quòd Sauli regnum ablatum fuerit, quia præcepta Domini, per Samuelis ministerium ei nunciata, non obseruauerat. Vnde sic colligit. Ergo cum post Spiritum Sanctum de cælo missum, non minor possit esse nunc in Ecclesia Christi spiritualis potestas, quam in Synagoga olim fuit: etiam nunc fatendum est, eum Regem, qui Dominum per summi Pontificis os loquentem audire contempserit, regni iure ita priuari posse, ut alius interim ab eodem Pontifice in Regem ungetur, utq; ab illo die is verè sit Rex, quem Pontifex ritè inunxit, aut aliàs consecrauit, & non is qui manu satellitum armatus regni solium occupauit.

2. Argumē-
tum.

3. Reg. II.

Aliud ex eo, quòd Ahias Silonites, viuo adhuc Salomone, prædixit Ieroboam decem tribubus præfuturum^a. Ex quo intelligitur, inquit, vel totum regnum, vel partem aliquam, ab iniquo Rege per spiritualem Ecclesia potestatem auferri posse. Qua enim potestas olim fuit in sacerdotibus & Prophetis, eadem nunc est in Pastoribus & Doctoribus Ecclesia, quorum est ita saluti animarum consulere, ut non patiantur, per impij Regis inobedientiam

dientiam & tyrannidem, in finit & multitudinis populum ad schisma & heresim compelli & pertrahi.

Tertium ex eo, quòd Elias unxit Afael <sup>3. Argu-
mentum.</sup> Regem super Syriam, & Iehu Regem super Israel, & Eliseum unxit in Prophetam pro se ^b, ^{b. 3. Reg. 19.} ut qui fugisset manus Afael, occideret eum Iehu, qui autem fugisset manus Iehu, interficeret eum Eliseus. Qua figura, inquit, quid aliud significatū est, quàm complures potestates idcirco in Ecclesia Dei excitatas erectasq; esse, ut quod per unam earum non fit, per alteram fiat: quarum potestatum ultima & suprema sit penes prophetas, hoc est, penes Ecclesia Dei pastores & doctores? Nam ut Elisai gladius ultimo loco enumeratur, velut quem nemo effugere possit, etiamsi gladium vel Afaelis, vel Iehu effugerit: sic spiritalis potestatis censura evitari nullo modo potest, etiamsi quis potestatis secularis gladium effugerit. Spiritalis enim potestas non utitur corporali aut visibili gladio, qui certis modis impediri potest, sed utitur gladio spiritus, qui pertransit omnia loca, & usque ad animam illius pertingit quem petit.

His deinde Historiam Eliæ, varijs notis & allegorijs à se excogitatis, prolixè interpolatam,



latam, argumenti loco attexit: vt ostendat materialem gladium parere spirituali: & non solum summum Pontificem, sed reliquos etiam Ecclesiæ Pastores, habere potestatem tam in corpora & bona, quàm in animas omnium Christianorum; quod antea cum nemo sanus, vel per somnium vnquam cogitauit. Id autem quàm inscitè, & parum congruenter, ex propositis à se argumentis deducat capite proximo patefaciam.

Argumentum autem ex Eliæ persona, & rebus ab eo gestis, ad suum institutum in hunc modum accommodat. *Elias per gladium spiritus, hoc est, per preces suas precepit igni, vt de caelo descenderet, atq; eos Quinquagenarios consumeret, qui despecta Prophetæ spirituali potestate, dicebant ad eum in terrena potestatis nomine: homo Dei, Rex precepit vt descendas &c. & praeter terrena potestate contemnebant illam spiritalem potestatem, qua Elias pradius erat, & cum irrisione salutarunt eum, homo Dei, atque ita deinceps progreditur. Nonne potuisset Elias, ad cuius vocem ignis de caelo descendit, & Quinquagenarios deuorauit, dicere alicui Principi viro aut magistratui, si affuisset, quia isti milites me, & in me Deum, cuius propheta sum,*

*4. Reg. I.

con-

contemnunt, irruere in eos, & occidere eos? aut quod ministerium ignis de caelo praeiuit, id ipsum non poterat gladius terrenus praestitisse? Si ignis, inquit, nobilissimum elementum est, quam terra vel etiam ea metalla quae ex terra effodiuntur: non video quin is qui ignem euocauit de caelo, qui imperio ipsius satisfaceret, multo magis potuerit Magistratui gladium portanti dixisse, ut eum gladium pro se contra quemcunque Regem exereret ac stringeret. Cuius sententiae firmitatem hoc tantum ab eo positum est, nihil apud prudentes viros referre, quid ex ijs fiat, quae eiusdem ponderis & momenti sunt. Non addam hic quartum & quintum argumentum, quibus utitur ex historijs sacris de Ozia ^d, & Athalia ^e. quod ea nimirum Bellarminus inter exempla retulerit, de quibus post, suo loco, agendum est. ^d 4. Reg. 15. ^e 2. Paral. 26. ^e 4. Reg. 11. ^e 2. Paral. 23.

Hæc sunt igitur illa Paraleipomena, ad quæ Bellarminus nos remittit, & quæ minimè mirum est eum (utpote disputatorem subtilem & acutum, & oratorem non parùm vehementem) leuiter tantum indicasse, nec in suum opus transtulisse. tot quippe manifestis & insignibus vitijs laborant, ut non ab homine Theologo & in diuinis exercitato: sed à sciolo aliquo profano, Theologia &

T Scrip-



Scripturis intemperanter abutente, exco-
gitata videantur. adeo scilicet nihil est eo-
rum, quæ argumenti loco in illis assumit,
quod cum quæstione & re controuersa co-
hareat.

C A P. XXXVI.

*Primi argu-
menti resis-
tio.*

Primùm itaq; in eo fallitur, & errat lar-
giter Sanderus, quod aliquas Synagogæ
partes fuisse in abdicando Saule autemet.
est enim plusquam manifestum, id totum
extraordinario Dei iudicio atq; imperio, à
quo omne regnum & potestas est, absq; vlla
sacerdotum, seu Synagogæ ordinaria iuris-
dictione, mandatum, denunciatum, & exitu
rerum completum fuisse ac peractum: ex
quo liquet, comparationem Ecclesiæ Chri-
sti & Synagogæ, vel Samuelis & Papæ, per-
peram & inscienter in hac re ab eo factam
esse. Nam quanquam fateamur, quod res
est, non minorem Ecclesiæ Christi, imo lon-
gè maiorem, quam Synagogæ, spiritualem
potestatem esse: tamen non idcirco, non in-
quam ex comparatione potestatis & autho-
ritatis vtriusque Ecclesiæ, consequitur, sum-
mum Pontificem posse Regem, Dei manda-
ta aut negligentem aut contemnentem, iu-
ra

re regni priuare, & alium eius loco inaugu-
rare: quoniam Synagoga nunquam ea po-
testate prædita fuit. Nusquam enim in vete-
re Testamento legitur, Synagogam Iudæo-
rum, aut eius pro tempore Pontificem, Regi
alicui legitimo Israelis vel Iudæ, quantum-
libet impio, peruerso, & crudeli, regnum a-
brogasse, siue eum regni iure priuasse (vt ille
ait) & alium eius loco substituisse. quo fit vt
nullum inde argumentum, nullumq; exem-
plum in noua lege sumi possit.

Prætereo quod Samuel, licet magnus
propheta fuerit, Pontifex tamen non fuit, ac
ne sacerdos quidem, sed tantum Leuita^a:
qui propterea nihil ordinariâ spiritualis iurif-
dictionis potestate aduersus Saulem facere
potuit: multoq; minus secularis iudicij au-
thoritate, quod ea se antea, populo Regem
petente, publicitus abdicasset. Nudum igitur
ministerium Samuel in hoc negotio ex-
equendo, propè inuitus, & precibus ac la-
chrymis reluctans, præbuit: & accepto spe-
ciali mandato, tanquam diuini iudicij nun-
cius à Domino missus, extraordinaria legati-
one functus est. Idq; ex eo patet, quod vbi
ad Regem venit, *Sine me, inquit, & indicabo
tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte.* Fa-

*Hieronym.
lib. 1. adue. f.
Iovinian.
vide Gene-
brar. in
Psal. 98.*



cessat igitur hoc argumentum ab extraordinario Samuelis ministerio, & Saulis reiectione nequicquam petitur: utpote cum quo ordinaria Ecclesiæ Christianæ, vel summi Pontificis potestas, nullam comparationem aut proportionem, nullam conuenientiam vel similitudinem, vlllo modo habeat. Deus Saulem statim reiecit, & stirpi eius regnum ademit. At Reges alios, qui videbatur Saule nequiores, super populum suum regnare, & regnum ad filios transmittere, passus est. Ita placitum fuit in oculis eius. *Deus ultionum*

^b Psal. 93.

^c Psal. 113.

^d Rom. 9.

^e Ad Can.

coniunctio.

net. 35. q. 2.

Dominus libere egit ^b. & *omnia quæcunque voluit fecit* ^c. nec alia quærenda ratio; cuius vult miseretur, & quem vult indurat. nec ei quisquam dicere potest, *quid me fecisti sic* ^d? Nunquid idem de Ecclesia aut summo Pontifice credendum? sunt illis certi fines ac termini, quos præterire non possunt. *Ecclesia iuribus & legibus regitur, siue debet regi*, ut ait Ioan. de Turre cremata ^e. Et ideo neq; Ecclesiæ, neq; eius Rectori Pontifici, de regnis & rebus omnibus, absoluta libertate, & more diuino statuere, cunctaq; pro arbitrio disponere, permissum est. id illis tantum licet, quod de ipsorum potestate sacris voluminibus, aut traditionibus Apostolicis

licis con
nemo ra
deat, at
stis deri
risdictio
cludimisi
tamen Sa
dinariam
vel ab ex
ad extra
rium de
ad Eccl
conclue
tum ad p
quod Sy
in Reges
Hoc verò,
nunc Papa
ut scilicet
muelm d
ficem alio
quo Reges
substitu
Samuelis
quando D
non potest
tifici in a

licis comprehensum est. Quæ cum ita sint, nemo ratiocinandi peritus non statim videat, argumentum ex rebus à Samuele gestis deriuatum, non posse ad Pontificiam iurisdictionem stabiliendam vlllo modo concludi: nisi vel ab ordinaria Synagogæ (in qua tamen Samuel primas non tenebat) ad ordinariam Ecclesiæ Christianæ potestatem, vel ab extraordinario Samuelis ministerio, ad extraordinarium similiter Papæ ministerium deducatur: quorum illud à Synagoga ad Ecclesiam, licet in forma, vt aiunt, rectè concludi possit, inefficax tamen est quantum ad propositum, quia peccat in materia: quòd Synagoga nimirum nullam vnquam in Reges temporalem potestatem habuerit. Hoc verò, non nisi eo casu valet, quo idem nunc Papæ, quod olim Samueli, contingat: vt scilicet quemadmodum Dominus ad Samuelem de Saule locutus est, ita ad Pontificem aliquando nominatim de certo aliquo Rege abdicando, & alio in eius locum substituendo loquatur. tunc enim quin par Samuelis Papæ potestas sit, parque in exequendo Dei mandato ministerium, negari non potest. Sin minus, sin inquam nihil Pontifici in aurem expressim loquatur Dominus,



quî fieri potest, quæso, vt, cum Regem aliquem de folio pellere propria autoritate cupiat, contendat se id facere exemplo Samuelis, quem Deus cum speciali mandato, & extraordinaria missione, ad suum de Saulis abdicatione decretum nunciandum delegauit? Samuel certò sciebat Dominum reiecisse Saulem & totam eius sobolem, ne regnaret, id enim Dominus indicauit. At Papa nescit an Deus reiecerit eum necne, quem ipse cupit deponere, nisi hoc ei Deus speciatim reuelauerit. Quandoquidem nihil certius ex Scripturis, quam Deum Reges malos, & verbi sui contemptores, varijs de causis tolerare, atq; ad tempus regnare facere: ^f quos vbi visum ei est, aut conuertit protinus aut euertit. & sæpe contingit vt quos Papa, qui secundum faciem iudicat, regno indignos ex præsentis vitæ statu & moribus pronunciat; eos Dominus, cui omnia sunt præsentia, conuersis ad bonam frugem animis, regno dignissimos esse ostendat. cuius rei memorabile iam exemplum nostra ætate, nec ita pridem vidimus. Quis enim ignorat (ad laudem & gloriam tanti Regis hoc dicam) Henricum IV. qui regni Francici habenas foelicissimè nunc moderatur,

§ Job. 34.

es

tur, at
Grego
exco
ita rei
re reg
ris, cu
pacem
si irrisu
reprob
esse ob
atq; a
aut co
si inst
igitur
per su
est in c
qui que
perarit
Philipp
bissim
it, D
quent
iure p
nificac
cus XI
magis
audir

tur, atque utinam diutissimè moderetur, à Gregorio & Sixto Pontificibus, non solum excommunicatum & anathematizatum, sed ita reiectum & abdicatum fuisse, omniq; iure regni priuatum, ut eum etiam suis censuris, cuiuscunque regni vel principatus incapacem declararent: quorum iudicium re ipsa irritum Dominus, & Regem illum ab ipsis reprobatum, regno amplissimo dignissimum esse ostendit. Hęc igitur cum ita se habeant, atq; ad nutū diuinū variētur, quī scire possit, aut cognoscere voluntatem Dei Pōtifex, nisi instar Samuelis fuerit p̄monitus? (Quod igitur ait Sanderus, *eum Regem, qui Dominū per summi Pontificis os loquētem, &c.* verum est in casu quo proponatur Pontifex ea exequi quę Dominus ei speciali reuelatione imperarit. Alioqui verò quid dicemus? Ergone Philippus Pulcher, quòd Bonifacium superbissima ambitione tumentem audire noluit, Dominum per summi Pontificis os loquentem audire contempsit? ut ob id regni iure priuari, & alius eius loco substitui à Bonifacio potuisse credatur? Ergone Ludouicus XII. quia Iulium II. loricatum & militis magis quàm Pontificis partes obeuntem, audire noluit, Deum per os Pontificis lo-



quentem ita contempſiſſe videtur, vt & ipſe & eius fautores damnari, & regnis exui, arbitrio hominis priuato odio æſtuantis meruerint? talia credere, inſcitiam Deus bone, an inſaniam appellem? Hæc de primo Sandeti argumento à nobis propoſitio ſatis.

Secundum eius argumentum (vt ingenij mei imbecillitatē ingenuè fatear) quorſum ſpectet vix ſatis intelligo. Nam vt ad id, de quo agitur, probandum aliqua eius vis & efficiencia ſit, atq; ei conſequentis quod concluditur, neceſſe eſt duas falſiſſimas ſuppoſitiones, tanquam veras & neceſſarias, prius admittere: quarum vna eſt, Eos qui vel aliquid euenturum, Deo reuelante, prædicebant; vel aliquid faciendum, eodem iubente, præcipiebant, potuiſſe id quicquid erat, ſuo iure, hoc eſt, propria authoritate, & ordinaria muneris ſui poteſtate, ſine vlla ſpeciali reuelatione iuſſûe diuino, mandare faciendum, aut aliâs per ſeiſfos exequi ac perficere: quaſi Ahias Silonites, quem Deus ſingulari mandato ad Ieroboam miſerat, vt ei nunciaret ſe decem illi tribus de regno Salomonis daturum, his verbis. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salamonis, & dabo tibi decem tribus.*

tribus.
expres
reuelat
lium c
ni Sal
aut ab
poſitio
in veter
prout f
teſtate
ſiſſimu
neq; v
cris li
di arg
ſuppoſi
ceſſis, re
à poteſta
tem ord
tiam: q
nat, ho
traxit,
quam q
Tertiu
neris: q
traordin
ter exes
ficio?

tribus. quasi inquam Ahias, sine eiusmodi expresso Dei mandato, & sine vlla speciali reuelatione, potuisset vel Ieroboam, vel alium quemlibet, in regnum aut partem regni Salomonis vocare: quo nihil aut falsius aut absurdius dici potest. Altera verò suppositio est, Sacerdotes & Prophetas omnes, in vetere lege, dandi & auferendi regna, prout saluti populi expedire iudicassent, potestatem habuisse. quod & ipsum quoq; falsissimum est: & cuius nullum neq; exemplū, neq; vestigium, aut indicium aliquod in Sacris literis reperitur. Cū itaq; huius secundi argumenti tota vis in his duabus falsis suppositionibus ita fundata sit, vt nisi ijs concessis, rectè concludi nequeat: satisq; cōstet, à potestate delegati à Principe, ad potestatem ordinarij, non esse firmam consequentiam: quis non innato quodam iudicio cernat, hoc totum quod ab Ahiaë prædictione traxit, tam ab eo quod probandum suscepit, quàm quod maximè esse remotum?

Tertium quoq; argumētum est eiusdem generis: quid enim commune habet missio extraordinaria Eliæ, ad certa negotia specialiter exequenda, cum ordinario Pontificis officio? aut quæ cohærentia & connexio harum

Delegatus à Principe, in causa sibi commissâ, est maior ordinario & potestest eum cōpellere.



rum propositionum esse potest; Elias, Domino nominatim iubente (id enim omisit Sanderus, quod sine vitio tamen præteriri non potuit) *Vnxit Asael Regem super Syriam, & Iehu Regem super Israel, & Elisaum Prophetam pro se:* Ergo summus Pontifex potest regna, & principatus, quibuslibet auferre vel conferre, prout expedire censuerit? Coniungi enim hæc inter se nequeunt, nisi hoc posito & concessio medio, *tantum posse Papam, ordinaria sua iurisdictionis auctoritate, sine expresso Dei mandato, quantum Prophetæ, Domino specialiter & expressim iubente, potuerunt.* quod sine magna diuini Numinis iniuria dici non potest.

Quod autem ad gladium Elisæi attinet de quo loquitur: eum doctè primum, ac piè per allegoriam explicat, vt scilicet intelligatur de gladio spirituali, qui est in Ecclesia, & in manu summi Pontificis, quem nemo qualifqualis est, siue Rex siue Imperator, potest effugere: quique postremo loco recensetur à Domino, tum quia inuitabilis est, & propterea plus cæteris timendus: tum etiam quia illis solum corpora, hoc animæ occiduntur. At postea dum progreditur suo more, & locum illum Scripturæ, atq; alium de vindicta Elisæ

in
Elisæ in du
lites, ad
Pontificis
in fecund
suprà nota
vlla special
vina, potu
punire, eti
quos Deus
manifesta
iniurias v
per mirac
& quod I
præcepit
bitum illis
pam, (cui
lege, quam
cerdorum i
te Apostol
necessaria
At qu
seruorum
precibus,
ponum n
aggressive
cere, vll
rei in per

Eliæ in duos Quinquagenarios & eorum milites, ad potestatem temporalem summi Pontificis, per interpretationem transfert, in scædum illum errorem prolabitur quem supra notauimus. Prophetas nimirum, sine vlla speciali delegatione vel reuelatione diuina, potuisse iure arbitrii q; suo multare & punire, etiam capitali supplicio, eos omnes quos Deus, vel ad Maiestatem suæ gloriam manifestandam, vel ad seruorum suorum iniurias vindicandas, occulta dispensatione per miraculum, aut aliter vicisci decreuerat: & quod Deus vno tantum modo faciendum præcepit, id ipsos alijs modis & medijs, vt libitum illis erat, exequi potuisse. Vt inde Pappam, (cuius non minor, imo maior in noua lege, quam fuerit olim Prophetarum & Sacerdotum in vetere, potestas est) auctoritate Apostolica tantundem posse facere, velut necessaria consequitione ostendat.

At quis nesciat Deum multa precibus seruorum suorum concessisse, multa & sine precibus, eorum gratia mirabiliter operatū, quorum nihil illis, ipso non prius iubente, aggredi vel tentare, nedum exequi ac perficere, vllō modo aut medio licuisset? Cuius rei in personis Prophetarum perspicua atq;
in



in promptu ratio est. Siquidem inter omnes constat neminem prophetarum, cum imperio & iurisdictione ordinaria, populo Hebræo præfuisse, præter admodum paucos, qui Prophetæ simul ac Principes populi & Iudices erant: vt Moyses, Iosue, Samuel, Dauid. Cæteri verò quantumlibet enthusiastici, in priuatis sine vlla temporali Dominatione agebant, ea solùm nunciantes & exequentes, de quibus Dei spiritu admonebantur: eratq; omnis eorum præscientia ita diuinitus temperata & coërcita, vt neq; omnia, neq; omni tempore, sed quatenus quidque Dei spiritu cum illis communicabatur, cognoscere ac prædicere possent. Cuius rei testis est Iadon Propheta, qui cum à falso Propheta deciperetur, affirmante angelum sibi in sermone Domini esse locutum, nō intellexit eum mentiri; quia id ei Dominus non reuelauerat: ac propterea fraudulenter seductus, atq; ad interitum perductus est. ^{3. Reg. 13.} testis & Elisæus, qui, misera Sunamitide ad eius pedes iacente, dixit Giezi volenti eam amouere, *dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & Dominus calauit à me, &* ^{4. Reg. 4.} non indicauit mihi ^{h.}

Quod igitur quærit Sanderus, An non potuerit

potuerit
magistr
& occid
verbum
nisi cog
gulis neg
Eliam ho
fit, vt vel
quoquo
teret, ne
statem
sine cul
sine pec
vt est v
se impie
so perdit
standum
more in e
bitrio st
nullam n
delegata
nem à q
set. Ob e
grauiter,
le quid iu
hi, si eiu
interem

potuerit Elias dicere alicui Principi viro, aut magistratui si affuisset, *irruere in istos milites, & occide eos? & an peccasset ille Princeps, si ad verbum Elia, Regis subditos occidisset:* id non nisi cognito diuinæ iussionis tenore in singulis negotijs resolui potest. Itaq; quod ad Eliam hoc casu attinet: Si Deus illi concessit, vt vel specialiter gladio, vel generaliter quoquo modo, in tales fontes animaduerteteret, nemini dubium est, quin gladij potestatem & executionem cuiuslibet mandare sine culpa, & mandatum suscipere quilibet sine peccato, potuerit. Sin verò Dominus, vt est verisimile, hoc ei tantum reuelauerat, se impios illos derisores, igne cælitus demisso perditurum: id ei tantummodo expectandum erat, aliud autem nihil humano more in eos moliri, aut pœnas ciuiles suo arbitrio statuere, sine scelere licuit: quòd nullam neq; ordinariam, neq; mandatam & delegatam, ad id faciendum, iurisdictionem à quoquam, Deo hominèue, accepisset. Ob eamq; causam peccasset ille quidem grauiter, si Principi viro aut Magistratui tale quid iussisset, aut suasisset: peccasset & hi, si eius iussa capescendo, Regis subditos interemissentⁱ. Nihil certius, & apertius potest

ⁱ L. non solum. II. S. s. f. mandato. D. de iniur. lib. da. C. de in. stit. & sub. stit.

nter omnes
cum impe-
populo He-
m paucos,
populi &
Samuel,
enthusi-
li Domi-
ates & ex-
admone-
ientia ira
neq; om-
enus quid-
icabatur,
Cuius rei
à falso
angelum
n, nō in-
minus non
ter sedu-
est. s. te-
tude ad e-
lenti eam
m eius in
it à me, &
s) An non
potuerit



test hac distinctione proponi: vt mirum sit tam absurdam Sanderø sententiã excidisse, qua putet Eliam potuisse simpliciter, & sine expresso Dei iussu, Regis militibus necem, quoquo modo libuisset, inferre. Rationes autem, quos firmandæ suæ sententiæ adhibet, friuolæ sunt, & prorsus indignæ quæ ab acrioris iudicij homine, præsertim Theologo, ad eiusmodi quæstionis decisionem afferantur.

Quod ministerium ignis de cælo præbuit, inquit, id ipsum non poterat gladius terrenus præstitisse? Sanè quidem poterat, & non solum gladius, sed telum aliud quodlibet, si Deo imperante fuisset adhibitum: nec vllus vnquam de eo dubitauit. At quoniam Dominus aduersus Quinquagenarios igne tantum vltionem parabat, deq; eo Prophetam in spiritu certum fecerat^k; alio se vindicare instrumento vel modo, neq; debuit Elias neque potuit: nisi id ei pariter eodem spiritu fuisset indicatum. quia in non reuelatis, neque ordinarius neque extraordinarius iudex erat. Præterea si, quod leges humanæ statuunt, *cum damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur; ani-*

¹ *L. aut dā-* *maduerti gladio oportet, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel quo alio modo^l: quis*
sum. 8. S. 1. de pœn.
 tam

in
 ram auer
 vt certum
 rum, in a
 ne mutari
 bus negoti
 endi sint
 bus: Deus
 mis.
 Ex his p
 ri loco ap
 ferre, qu
 & mom
 est; vnu
 uerse &
 vel natu
 ramentum
 net, certu
 rum locu
 sua, vel a
 di faculte
 dici, qui
 quouis n
 in eiusm
 fiat, quæ
 velle ait
 sunt. Ate
 certog;

ram auersus à vero est, atq; ab omni ratione, vt certum necis genus à Domino præscriptum, in aliam formam speciémq; ab homine mutari posse credat? Cum enim in omnibus negotijs *fines mandati diligenter custodiendi sint* ^m, tum maximè in diuinis iussionibus: Deus *mandauit mandata sua custodiri* ^{ter. D. mandar.} *nimis* ^a.

Ex his patet, leuissimū esse quod *firmamēti* loco apponit, *nihil apud prudentes viros referre, quid ex ijs fiat, quæ eiusdem ponderis & momenti sunt.* inq; eo duplex eius error est; vnus, quòd proloquium illud nimis vniuersè & generaliter producat ad omnia, quæ vel natura, vel arte, vel manu fiunt: cum tamen quantum ad actiones humanas attinet, certum sit, sententiam illam in ijs tantum locum habere, quæ homines vel sponte sua, vel accepto mandato cum libera agendi facultate, faciunt. veluti homicidam cum dici, qui mortis causam dolo malo homini, quouis modo vel instrumēto, præbuit: quòd in eiusmodi maleficio nihil refert, quid ex ijs fiat, quæ eundem effectum producunt, siue, vt ille ait, *quæ eiusdem ponderis & momenti sunt.* Ast vbi quid fidei alicuius, certa formā, certòq; modo peragendum, strictè & nomi-

natum



natim commendatur, id leges mandatario aliter exequi, non concedunt: vt ex loco quem superius retuli, alijsq; Ciuilibus & Pontificij iuris innumeris, satis patet. Alter eius error est, quòd nihil interesse putet, vtrum impij homines cœlesti fulmine à Deo, an ab humana potentia telorum impetu feriantur, quòd dicat ea esse eiusdem ponderis & momenti. Nam licet vnus extremorum suppliciorum effectus sit, mors nimirum interitusque damnati: tamen permagni refert, quo illa modo & medio fontibus inferatur. quia sicut criminum, ita & pœnarum gradus sunt, & inde fit vt ex genere vltionis, seu grauitate vel leuitate supplicij, de sceleris indignitate, quanta sit, per pœnæ ad peccatum proportionem iudicemus. ° Pœnarum quippe & præmiorum distributio geometricam proportionem exigit. Scitè poeta. P.

° L. perspicuum. D.
de pœn. lib.
Pedius. D.
de incend.
rum. naufr.
P Hora. lib. 1.
Saty. 3.

° Greg. lib. 7.
epist. 53. can.
quia sancti-
tas. dist. 50.
° Lib. 2. de
baptismo cõ-
tra Donati-
stas. ca. 6. in
f. Can. non
asseramus.
24. q. 1.

ad sit

Regula, peccatis quæ pœnas irroget aquas:

Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

Sed quem maior sequitur culpa, maiore
plectatur vindicta. ° Præclare vt cætera Au-
gustinus: ° quis dubitauerit hoc esse sceleratius
commissum, quod est grauius vindicatum? Im-
prudenter ergo ille pœnas omnes, ferro,
flam-

flamma
dem po
ficio lu
dat, si
rum se
rasset t
humano
giolè im
tionem
imperit
ponder
dicat q
num d
rijs, ve
pœnis a
ri rati
præter
deor. N
Bellam

flamma, fame, alijsue modis sumptas, eiusdem ponderis & momenti esse statuit: vt officio suo functum prophetam fuisse concludat, si quos Deus caelesti fulmine percussurum se indicauit, eos ipse terreno gladio curasset trucidari. Quis nescit, in poenis non humano more sumptis, sed caelitus & prodigiose immixtis, Dei Omnipotentis iram & vltionem multò clarius elucere? aut quis tam imperitus rerum aestimator, qui eiusdem ponderis & momenti supplicijs perijsse eos dicat qui terræ hiatu deglutiti, viui in infernum descenderunt, atq; eos qui sunt ordinarijs, vel extraordinarijs, humanarum legum poenis absumpti? Ac de his quidem Sanderi rationibus, à Bellarmino non sine causa praetermissis, satis mihi haecenus dixisse videor. Nunc igitur ex hoc diuerticulo ad Bellarminum reuertamur.

V

C A P.



CAP. XXXVII.

EXCussi huc vsque meam intelligentiam, vt in omnes, quæ apud Bellarminum vel Sanderum sunt, de temporali Pontificis potestate rationes diligentius inquirerem. Reliquum igitur nunc est, vt ad exempla à Bellarmino proposita, infirmum & debile probationis genus, mentem & manum pari studio conuertam. Ait enim suam sententiam dupliciter probari posse, rationibus & exemplis. Quàm vellem equidem rationes firmiores protulisset. Amor sedis Apostolicæ ita me afficit, vt potestatem omnem quam author iste ei tribuit, iure optimo tribui posse vehementer cupiam. Sed iam audiuius rationes, audiamus & exempla.

*Primum est, inquit, 2. Paralip. 26. vbi legimus Oziam Regem, cum sacerdotum officium usurparet, à Pontifice fuisse de templo eiec- tum, & cum propter idem peccatum leprâ à Deo percussus fuisset, coactum etiam fuisse ex vrbe discedere, & regnum filio renunciare. Quod enim non sponte sua, sed ex sententia sacerdotis vrbe & regni administratione priuatus fuerit, patet: Nam legimus Leuitici 13. Qui-
cunque,*

cunqu
separ
bitabi
in Isra
gem h
& filia
ra, cog
cer dot
authori
corpor
care,
modo
ter ha
Augus
lib. 2. q
Paulus
vis? H
Mir
rari sa
ne clas
sua se
deant
dant;
ille; a
terare
freque
lienam

cunque, inquit lex, maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, solus habitabit extra castra. Cum ergo haec fuerit lex in Israel, & simul legimus 2. Paralip. 26. Regem habitasse extra urbem in domo solitaria, & filium eius in urbe iudicasse populum terrae, cogimur dicere, fuisse eum ad arbitrium sacerdotis separatum, & consequenter regnandi auctoritate priuatum. Si ergo propter lepram corporalem poterat sacerdos olim Regem iudicare, & regno priuare: quare id non poterit modo propter lepram spiritualem, id est, propter heresim qua per lepram figurabatur, ut Augustinus docet in questionibus Euangel. lib. 2. quest. 40. praesertim cum 1. Corinth. 10. Paulus dicat, contigisse Iudaeis omnia in figuris? Haec ille.

Miratus sum saepenumero, nec adhuc mirari satis possum, homines doctrinae opinione claros, tam supinè & oscitanter mentis suae sensa literis aliquando mandare, ut videantur aut non legisse authores quos laudant; aut quos legerint, planè non intellexisse; aut de industria ipsorum sensum adulterare voluisse. Quod vitium nostra aetate frequens est; in qua plerique scriptorum alienam fidem sequuti, non ex ipsis fontibus,



sed ex riuulis & incilibus, aliorum incuria & culpa vitiosè deriuatis, assertionum suarum testimonia & authoritates hauriunt: ita vt quæ primi seu malitiosè, seu negligenter, ad alienum sensum detorserunt, ea alij, ipsorum scrutinio & iudicio confisi, pro certis & indubitatis, in suos libros transcribant. Quod quanquam in Bellarmino perrarum est, vt pote scriptore fideli & luculento, tamen negari non potest, quin Sanderum & alios temerè sequutus, in tribus capitibus de asserenda temporali Pontificis potestate, præsertim verò in superiore exemplo & sequenti proponendo, haud leuiter lapsus sit.

^a Lib. 5.
cap. 11.

Ostendi iam pridem in libris aduersus Monarchomachos, ^a falsissimum esse *Oziam regnandi autoritate ad arbitrium sacerdotis fuisse priuatum*. Etenim profectò nihil in tota Regum historia expressius continetur, quàm Oziam à sextodecimo ætatis anno, quo regnum iniit, in annum vsque sexagesimum octauum, qui vitæ eius finis fuit, Regem perpetuò mansisse: nec vllò vnquam tempore, regni autoritate fuisse priuatum. *Habitabat quidem seorsum in domo libera*, ac proinde munia Regis, quæ facti sunt, per morbum obire non poterat. Sed id ei ius regni,

regni, fu
mit. Ali
Ioam
si in me
inciderit
illimobu
que in fac
cerè Rex
Scriptura
am Regis
zias & T
Regis Iu
re cepiss
naut in
Anno q
Iuda, regn
rael in Sam
Azariam
atatis ann
secundo, p
annu agen
pit, & an
Scriptura
gnum o
memum re
iure priua
lius, sicut

regni, siue regnandi auctoritatem non ademit. Alioqui & pueros inauguratos, vt olim Ioam^b & Iosiam^c, & legitimæ ætatis viros, si in mentis aut corporis morbos grauiores inciderint, Reges esse negandum est: cum illi moribus, hi morbo, à regni procuratione, quæ in facto consistit, arceantur. Manebat certè Rex Ozias quamdiu vixit. Ait enim Scriptura,^d *Anno vigesimo septimo Ierobam Regis Israel, regnavit Azarias* (qui & Ozias & Zacharias dictus est) *filius Amasia Regis Iuda. Sedecim annorum erat cum regnare cepisset, & quinquaginta duobus annis regnavit in Ierusalem.* & iterum eodem capite. *Anno quinquagesimo secundo Azaria Regis Iuda, regnavit Phacee filius Romelia super Israel in Samaria.* Mortuum autem esse hunc Azariam siue Oziam, sexagesimo octauo ætatis anno, regni vero sui quinquagesimo secundo, testatur Iosephus^e. Si ergo Ozias annū agens decimum sextum regnare cœpit, & annos quinquaginta duos regnavit, Scriptura teste, obiitq; annū agens sexagesimum octauum, ecquod in eius vita momentum reperitur, quo iudicatus & regni iure priuatus est? Fuit ei interea Curator filius, sicut *his qui in ea causa sunt, vt superesse*

^b 4. Reg. 11.
^c 4. Reg. 22.

^d 4. Reg. 15.
^e 2. Paral. 26.

^e Lib. 9. ap.
siq. ca. 11.



¶ L. his qui.
12. D. de tu-
tor. & cur.
dat. l. 2. D. de
curat. suriof.

rebus suis non possint, adhiberi solet ^{f.} Addi-
tur enim in ea historia, *Ioatham filius Regis*
gubernabat palatium, & rexit domum Regis,
& iudicabat populum terra. En vt Ioatham,
filius Regis vocatur, viuente & ægotante
patre, & gubernator palatij, ac rector do-
mus Regis. Iudicabat autem populum, quia
iudicia ad Regem venire non poterat, prop-
ter vim morbi, & separationem ex legis diui-
næ præscripto, vt ibi docet Lyranus. Deni-
que ait Scriptura, *Dormiuitque Ozias cum*
patribus suis, & sepelierunt eum in agro rega-
lium sepulchrorum, eò quòd esset leprosus: reg-
nauitque Ioatham filius eius pro eo. En iterum
vt Ioatham non nisi à morte patris regnare
cœpit. Quàmuis itaque verum sit, Oziam fu-
isse ad arbitrium sacerdotis separatum prop-
ter lepram, quia id lege diuina, disertè cau-
tum erat: non tamen verum est, eum reg-
nandi autoritate fuisse priuatum, aut *co-*
actum renunciare regnum filio, vt isti falso as-
serunt. Autoritas regnandi, & regni admi-
nistratio plurimum inter se differunt, & non
minus quam proprietates & possessio. Autho-
ritas est semper in persona Regis, & cum iu-
re regni coniuncta: administratio autem &
procuratio, siue gubernatio apud alios esse
potest,

potest,
nistrat
morb
ram g
protec
tur: &
sed Reg
& autho
Hoc
abest v
potesta
nanda
Nam
fatem
bant: r
batur a
& extra
lepre sp
gustino
figura fi
ris duo
apposit
ualem
cipes C
rum ver
eius po
tam, at

potest, ita vt vnus Rex fit, alius regni administrator. Vnde qui in Regum infantia, aut morbis grauioribus, præcipuam regni curam gerunt, gubernatoris, rectoris, tutoris, protectoris, alioue simili nomine insigniuntur: & publicum nihil suo proprio nomine, sed Regis infantis, vel ægotantis, nomine & autoritate proponunt, & pertractant.

Hoc igitur exemplum de Ozia, tantum abest vt pro temporali Pontificis in Reges potestate aliquid faciat, vt ad eam impugnamdam & euertendam plurimum valeat. Nam si, (vt ille ex Apostolo refert, & nos fatemur) Iudæis omnia in figuris contingebant: siq; lepra corporalis, ob quam separabatur aliquis à multitudine filiorum Israel, & extra castra solus habitabat, figura fuit lepræ spiritualis, id est, hæreseos, teste Augustino: Si deniq; sacerdotium Aaronicum, figura fuit sacerdotij nouæ legis. Ex his figuris duo argumenta, ad hanc quæstionem appositè deducuntur, quorum alterum, spirituales Papæ potestatem in Reges & Principes Christianos egregiè confirmat; alterum verò hanc, qua de agitur, temporalem eius potestatem, omnino fictitiam, usurpata, atq; à iure diuino alienam esse ostendit.



Prius igitur argumentum hoc modo contextitur. Quemadmodum sacerdotes olim Regem Oziam, leprâ percussum, è templo expulerunt, vt extra ciuitatem habitaret: ita nunc summus Pontifex Regem hæresi infectum, quæ lepra est spiritualis, iudicare potest, & separare à communionem fidelium per excommunicationem, atq; ita cogere eum habitare extra ciuitatem Dei, id est, Ecclesiam Catholicam, donec fuerit à lepra mundatus, hoc est, donec hæresim abiurauerit. quod si lepra talis ad mortem vsq; ei adhæreat, non est sepeliendus in sepulchris Regum, in Ecclesia nimirum, sed in agro, quia leprosus est, id est, hæreticus. Quod autem dixi Papam posse separare Regem hæreticum à communionem fidelium per excommunicationem, de separationem spirituali animorum, non corporum intelligendum est. Subditi enim, Regi excommunicato obsequium denegare non debent.

Posterius verò argumentum hac forma rectè concludi potest. Sicut iudicium sacerdotis de lepra corporali, in vetere lege, nihil nisi separationem leprosi, & relegationem extra castra vel ciuitatem operabatur: & sicut iudicium sacerdotis de lepra Azariæ, siue Ozia,

Ozia, regnans
firatem
tra ciuitatem
vt aiunt,
propter
prâ indica
tui corpor
fura & se
gem alio
rat, qua
ciuitatem
cam, vt
& aucto
figura cu
Est enim
ris & potes
delineata
bra ad corp
idoneum
his euident
constitutio
nem, à qua
saij ex om
alopod tale
concinna
ferent, cer

Oziæ, non potuit ei auferre ius regni, siue regnandi authoritatem, sed tantum necessitatem ei imposuit habitandi seorsum extra ciuitatem (nam quòd actu, siue de facto, vt aiunt, regnum non administrabat, id non propter sententiam sacerdotalem quæ leprâ indicabat, sed propter vim morbi perpetui corporalis accidit) Ita nunc quoq; censura & sententia summi Pontificis, qua Regem aliquem hæreticum iudicat & declarat, quamuis faciat Regem manere extra ciuitatem Dei, id est, Ecclesiam Catholicam, vt dictum est: tamen non potest ei ius & authoritatem regnandi auferre. atque ita figura cum figurato bellissimè conueniet. Est enim in his veteris testamenti figuris iuris & potestatis Papæ in Reges imago non delineata modò, sed expressa: vt si ab umbra ad corpus, à figura ad figuratum, aliquod idoneum argumentum trahi possit; nullum his euidentius aut certius, ex antiquæ legis constitutione, ad nouæ legis obseruationem, à quoquam adaptetur. Quod si aduersarij ex omnibus veteris legis figuris, vnum aliquod tale, pro suæ sententiæ firmamento, concinnare poterunt, me iudice palmam ferent, certè me nunquam habebunt repugnantem



nantem. Secundum nunc igitur exemplum
videamus.

CAP. XXXVIII.

Secundum est, inquit, 2. Paralipomen. 23.
Sibi cum Athalia tyrannicè occupasset reg-
num, & foueret cultum Baal, Ioiada Ponti-
fex vocauit centuriones & milites, & iussit eis,
vt Athaliam interficerent: & pro ea Ioas
Regem creauit. quòd autem Pontifex non sua-
serit, sed iusserit, patet ex illis verbis 4. Reg.
11. Et fecerunt Centuriones iuxta omnia, que
præceperat eis Ioiada sacerdos. Item ex illis,
2. Paralip. 23. Egressus autem Ioiada Ponti-
fex ad centuriones & Principes exercitus, dix-
it eis: Educite eam (Athalam Reginam) extra
septem templi, & interficiatur foris gladio. Quod
autè causa huius depositionis & occisionis Atha-
liae, non solum tyrannis eius fuerit, sed etiam
quod foueret cultum Baal, patet ex illis verbis
qua ponuntur immediatè post eius occisionem.
Itaque, inquit Scriptura, ingressus est omnis
populus domum Baal, & destruxerunt eam,
& altaria, & simulachra eius confregerunt.
Mathan quoq; sacerdotem Baal interfecerunt
ante aras.

Nescio

in
Nescio
verit, vt h
alienum
nobis obt
alijs prop
forte ne, h
vel puzari
cem ab am
dum imper
rum fauer
tribus acc
ordinem
habitum
cularibus
teriore di
modo Bul
demie Pon
am occupa
sint, con
dationis ill
facte. Su
suppositi
us vera fir
men non d
statim ab
tempore q
non tam i

Nescio equidem quid Bellarminum mo-
uerit, vt hoc exemplum, tam remotum, &
alienum, ab hac materia & controuersia,
nobis obtruderet: nisi quia illud ante se ab
alijs propositum animaduernerat, veritus
fortè ne, si id ipse præterijisset, indiligentiæ
vel præuaricationis apud Sixtum V. Pontifi-
cem ab æmulis accusaretur, qui supra mo-
dum imperiosus, ac Iesuitarum societati pa-
rum fauens, vt à pluribus eius societatis Pa-
tribus accepti, in animo habuit, totum illum
ordinem ad arctiorem viuendi regulam, &
habitum religiosum cogere a Presbyteris se-
cularibus colore, forma, vel signo aliquo ex-
teriore distinctum. Itaque mirari licet, quo
modo Bullam ab eo impetrarunt, vt Aca-
demia Pontinussanæ Dictaturam perpetu-
am occupent, id est, vt perpetuo Rectores
sint, contra formam & constitutiones fun-
dationis illius Vniuersitatis à Gregorij XIII.
factæ. Sunt qui putant Bullam illam esse
supposititiã, vel obreptitiã: certè quam-
uis vera sit, & à Sixto concessa, valere ta-
men non debet, nec vim vllam habere, quia
statim ab eius creatione fuit impetrata, quo
tempore quicquid Pontifices concedunt, id
non tam impetratum ab illis, quam extor-
rum



^a *Glos. in
proxim. reg.
Cancell. Ne-
uisa. in syl.
nuptial. Re-
buff. in tract.
re beneficia
aut. vacat.
nu. 9. & 10.*

tum esse censetur ^a. Sed ad rem.

Exemplum de Ioiada & Athalia nihil ad hanc disputationem pertinere, ex eo liquet, quod omnis nostra quæstio in eo versetur: An Pontifex, tanta in legitimos Reges & Principes seculares potestate præditus sit, ut eos certis de causis de solio deijcere, & iure regni priuare, atque alios eorum loco inungere, & inaugurare possit. Exemplum verò de Athalia, est de muliere quæ nullo iure regnum possidebat, sed immani tyrannide, per vim & scelus & cruentam regis sobolis necem: quæ propterea in ea causa fuit, ut iniussu Ioiadæ sacerdotis, cædi iustè à quolibet priuato potuerit. Sed quia tale quid tentatu periculosum, & factu difficile videbatur, aduersus eam, quæ defuncti Regis Ochosiæ mater erat; ideo Ioiadæ Pontificis consilio & auxilio erat opus: aut certè alterius cuiuspiam, qui similiter vel autoritatis suæ pondere, vel sanctitatis opinione, milites & multitudinem ad id facinus egregium conuocaret atq; adeo concitaret.

Quòd autem non tam imperio quam suassu Ioiadæ id factum sit, patet ex eo quòd dicitur: *misit Ioiada Pontifex, & assumens centuriones & milites introduxit ad se in templum*

in
plum Dor
ibi nota
vel præ
primasi
hil itaq
vel min
dinem ha
uersarijs p
gitimos
nis vel su
obtinem
Pontific
proban
& tyran
ter veros
& præda
num inu
autem a
liam præ
curo. fat
lentam
lum ex p
mentum
rati de s
cædipol
milit
uis impi

plum Domini, pepigitque cum eis fœdus. idque ibi notant interpretes. Verba autem *iubere* vel *præcipere*, de quolibet dici solent, qui primas in factione vel societate obtinet. Nihil itaque in hoc exemplo reperitur, quod vel minimam conuenientiam aut similitudinem habeat cum assertione, quæ ab aduersarijs probanda suscipitur. Assertio est, legitimos Principes, hoc est, eos qui electionis vel successionis iure, regna & principatus obtinent, posse, certis de causis, à summo Pontifice imperio deponi. quid ergo ad eam probandam attinet, exemplum de tyranno & tyrannoctonia proponere? Nunquid inter veros Dominos ac legitimos possessores, & prædatores atque alienarum possessionum inuasores, nihil interesse putant? An autem alia deponendi & interimendi Athaliam præter tyrannidem, causa fuerit, nihil curo. satis est eam fuisse tyrannum ^b, & violentam occupatricem regni, ad hoc vt nullum ex parte illius obstaculum vel impedimentum iuris esset, quo minus & præcipitari de folio, & à quolibet de multitudine cædi posset. quod de Rege legitimo dici similiter nequit; cuius personam, quantumuis impiam, ius regni, atque imperij potestas,

^b Tyrannum
hic in fami-
nino genere
posuit, vt
Thucydides,
περὶ τῶν πα-
ροῦν. lib. I.



ftas, ab omni iniuria, & pœna huma, prote-
gere ac tueri semper debet. vt ex SS. Pa-
trum scriptis alibi ostendimus. Sequitur
nunc tertium.

C A P. XXXIX.

Tertium exemplum, inquit, est B. Ambro-
sij, qui cum Episcopus esset Mediolanen-
sis, & proinde pastor & pater spiritualis Theo-
dosij Imperatoris, qui Mediolani sedem suam
ordinariè tenebat, primum excommunicauit
eum propter eadem, quam Thessalonice à mili-
tibus fieri imperauerat. deinde præcepit ei, vt
legem ferret, ne sententia lata de eade, vel
bonorum publicatione, rata essent, nisi post
triginta dies à sententia pronuntiatione, vt ni-
mirum si quid per iracundiam præcipitanter
dictasset, intra tot dierum spatium reuocare
posset. Atqui non potuit Ambrosius excom-
municare Theodosium propter eadem illam, nisi
prius causam illam cognouisset & diiudica-
set, licet criminalis esset, & ad forum ex-
ternum pertineret: non potuit autem cogno-
scere & iudicare eiusmodi causam, nisi etiam
in foro externo legitimus iudex Theodosij fu-
isset.

Præ-

Præ-
liticam
legis, n
interd
qui pot
piscopus
cepi Ep
Est &
qua de
mentio
potesta
tur: ne
statem
quo arg
illam sp
ninet, c
Christia
nitaris
mus &
torem.
torum
cauit
iurisdic
fius epi
hor. po
is cauti
licet est

Præterea cogere Imperatorem ad legem politicam ferendam, & præscribere ei formam legis, nonne manifestè ostendit posse Episcopum interdum temporali potestate uti, etiam in eos qui potestatem super alios acceperunt? & si Episcopus quilibet id potest, quanto magis Princeps Episcoporum?

Est & hoc quoque exemplum prorsus à re qua de agitur alienum: utpote in quo nec mentio, nec vestigium aliquod temporalis potestatis Episcopi in Imperatorem cernitur: nec aliud quicquam, unde talem potestatem Episcopo convenire, probabili aliquo argumento concludatur. sed totum ad illam spirituales potestatem Episcopi pertinet, qua summum Pontificem in omnes Christianos, cuiuscunq; sint ordinis vel dignitatis, præditum esse, & corde agnoscimus & ore profitemur. Ambrosius Imperatorem, propter peccatum ex iniusta multorum occisione contractum, excommunicavit. Nonne hoc ad spirituales Ecclesiæ iurisdictionem pertinet, quam tunc Ambrosius episcopali autoritate exercebat? At hoc, potuit excommunicare, inquit, nisi prius causam illam cognovisset & dijudicasset, licet esset criminalis, & ad forum externum perti-

pertineret. De facto quidem potuit (vt faciunt inconsiderati sacerdotes, quos ego vidi aliquando excommunicationem ferre, incognitâ causâ: sed de iure non debuit, alioqui certè iniquus iudex fuisset, si sine causæ cognitione pœnas à reo expetisset. Sed esto, causam cognouit, & animaduersione dignam iudicauit, eôq; Imperatorem excommunicauit. quid inde? *Non potuit autem cognoscere & iudicare eiusmodi causam*, inquit, *nisi etiam in foro externo legitimus iudex Theodosii fuisset.* Hui, capti sumus, ni sophisma caueamus: latet in hac assertione fallacia fallacissima, ex verbis, *in foro externa.* Forum duplex est, politicum seu ciuile: & ecclesiasticum seu spirituale. Politicum forum omne est externum: ecclesiasticum verò aliud externum, aliud internum. Externum forum ecclesiasticum est, in quo, de causis ad Ecclesiæ notionem spectantibus, palam tractatur & iudicatur: & si criminales sunt, vindicta de ijs per excommunicationem, interdictionem, suspensionem, depositionem, aut alijs modis, secundum Canones pœnales, sumitur. Ac de eodem crimine cognoscunt sæpe iudex temporalis & iudex spiritualis siue ecclesiasticus, etiam in foro

exte-

exterior
uerfas p
rio co
nuptiar
iudex
rit, vt
perleue
coërcea
(quod f
& foru
quo sa
peccat
am pro
vulgò
nes pœ
solum
discretu
in foro
nus pe
ecclesi
pœnis
quod c
Theod
& effec
munic
inde ac
thorita

exteriore: sed vterque in suo foro, & ad di-
 uersas pœnas imponendas. veluti de adulte-
 rio cognoscit iudex politicus, *vt sacrilegi
 nuptiarum gladio feriantur.* ^a cognoscit &
 iudex ecclesiasticus qui animæ curam ge-
 rit, vt peccati moneat delinquentem, & ^a *L. quam
 us. 30. C. ad
 l. Iul. de ma
 dul.*
 perseverantem peccare, spiritualibus pœnis
 coërceat. Forum autem internum Ecclesiæ,
 (quod forum animæ, & forum pœnitentiæ,
 & forum conscientiæ vocatur) illud est, in
 quo sacerdos de reuelatis sibi à confitente
 peccatis cognoscit & iudicat, & pœniten-
 tiam pro modo delicti, arbitrato suo iniungit:
 vulgò enim hodie receptum est, constitutio-
 nes pœnitentiales esse arbitrarias, vt non
 solum Episcopus, sed quilibet confessorius
 discretus, possit regulariter eas moderari, &
 in foro animæ ^b mitigare. Si ergo Bellarmi-
 nus per *forum externum*, intelligat forum
 ecclesiasticum, quod spiritualibus tantum
 pœnis contentum est, concedimus totum
 quod dicit. Erat enim Ambrosius legitimus
 Theodosij iudex in illo foro, idq; ipso facto
 & effectu palam ostendit, cum eum excom-
 municaret. sed hoc posito & concesso, nihil
 inde ad temporalem Episcopi vel Papæ au-
 thoritatem confirmandam elici potest. quia

X

tam



tam iudicium quam supplicium erat spiritu-
ale. Sin vero Bellarminus per *forum exter-*
num, intelligat forum politicum, falsissi-
mum est quod proponit. Quemadmodum
enim distinctæ sunt à Deo potestates, Ec-
clesiastica & Politica, ita etiam distincta
fora, distincta iudicia. *Idem enim mediator*
Dei & hominum Christus Iesus actibus p- o-
prijs, & dignitatibus distinctis, officia potesta-
tis utriusq; discreuit. ^c. Magnam certè Am-
brosio iniuriam facit, si eum, post adeptum
episcopatum, cognouisse & iudicasse de
causis criminalibus in foro civili arbitretur.
Non erat ergo Ambrosius iudex legitimus
Theodosij in foro externo politico, quod sa-
tis est ad probandum eum non potuisse iu-
dicare, vel punire Imperatorem pœna ali-
qua temporali. At dices, Ambrosius cogno-
uit & iudicauit de cæde. Verum est; sed non
vt iudex politicus & temporalis, non inquam
eo sine cognouit de crimine, quo iudex se-
cularis. Scitum est ex Aristotele ^d, plures de
vno & eodem subiecto variè, alio atq; alio
modo & sine, atq; intentione cognoscere.
Idem angulus rectus est, quem inuestigat
geometra vt sciat, & quem faber vt opere-
tur. sic idem crimen est, de quo cognoscit
iudex

^c Can. cum
ad verum.
96. dist.

^d Lib. 1.
ca. 7. Ethic.

iudex
vel qu
quo i
pœna
A
ferend
vltus est
cuius re
ma do
Ambro
nicati
Imper
rum, c
tia vic
disti po
rasti g
rator, E
medela
peccat
que ac
pœnite
brosius
quimur
tisfactio
stram
Ambro
nis exo

iudex laicus, vt reum morte, exilio, pecunia, vel qua alia temporali pœna multet: & de quo iudex ecclesiasticus, vt pro modo delicti pœnam spiritualem & pœnitentiã iniungat.

At coegit Imperatorem ad legem politicam ferendam. ergo temporali in eum potestate vsus est. Nugæ. Si coegit, qua potestate, & cuius rei metu coegit? id nos historiæ summa docebit, quæ est eiusmodi. Iniecerat Ambrosius Theodosio vinculum excommunicationis, cuius nexu cum liberari cuperet Imperator, negat Antistes se prius id facturum, quàm aliquem in eo fructum pœnitentiæ videat. *quam, inquit, pœnitentiã ostendisti post tantum scelus, aut qua medicina curasti grauißima vulnera?* Respondit Imperator, Episcopi esse temperare & adhibere medelam vulneri, hoc est, pœnitentiã peccatori iniungere: pœnitentis verò ijs quæ adhibentur vti, id est, iniunctam sibi pœnitentiã peragere. Hoc audito, Ambrosius Imperatori ferendæ legis, de qua loquimur, necessitatem, pro pœnitentiã & satisfactione imposuit: qua constituta (nam statim Imperator legem præscribi iussit) Ambrosius eum vinculis excommunicationis exoluit.

X 2

Nulla



Nulla igitur Ambrosius temporali potestate, hoc casu in Theodosium usus est; sed totum quicquid est vi ac virtute spiritualis iurisdictionis præcepit. Nec Imperator, metu poenæ temporalis, morem Antistiti gefit. Nam si noluisse parere, sed, vt mali interdum Principes faciunt, excommunicationem pariter & absolutionem contempsisset, nihil vltra quod ageret habuisset Ambrosius *. Sed quia pius Princeps animæ suæ timuit, ne spiritali vinculo diutius ligata, squalorem fordesq; ex longa carceratione contraheret, obsequutus est voluntati Pontificis, & vt absolutionis ab eo beneficium acciperet, temporale officium, quod è republica esse videbatur, Episcopo admonente impendit. Vnde author historiæ; *tali tantaq; virtute & Pontifex & Imperator erant illustres. Nam utrumque ego admiror, illius quidem libertatem, huius verò obedientiam: itemq; feruoris flammam illius, & huius fidei puritatem.*

* Cap. cùm
non ab homi-
ne, de iud.

Coëgit itaque Ambrosius Theodosium, quemadmodum nostri quotidie confessarij suos cogunt poenitentes, quibus delicti veniam & absolutionem sæpe denegant, nisi munus vel onus, quod illis poenitentiae loco

impo-

impor
cum r
dictio
quo q
ciuem
sibi da
prius a
amicor
& vulg
lore, i
passio
seu spi
Ha
emple
sticam
cogere
genda,
econtr
næ ter
igere,
matic
emptio
compe
neque
per acc
Qu
gio qu

imponunt, seriò se executuros promittant: cum tamen nullam in eos temporalem iurisdictionem habeant. Coëgit & eo modo, quo quisque nostrum solet viciniam vel conciuem suum cogere, cum id, quod à nobis sibi dari feruè postulat, denegamus, nisi ille prius aliquid quod optamus, aut nostra aut amicorum gratiâ fecerit. Deniq; tritum est & vulgare, dici aliquem ratione, amore, dolore, iracundia, alijsq; animi affectionibus & passionibus cogi, citra vllam seu temporalis seu spiritualis iurisdictionis potestatem.

Hæc cum ita sint, est quidem in hoc exemplo animaduersione dignum, Ecclesiasticam potestatem, metu pœnæ spiritualis, cogere homines sæpe ad temporalia peragenda, vt Ambrosius hîc Imperatorem. & econtrariò Ciuilem Potestatem, metu pœnæ temporalis, ad spiritualia non rarò adigere, vt cum Princeps hæreticos vel schismaticos, metu corporalis supplicij vel ademptionis bonorum, ad Ecclesiam redire compellit. & tamen neque illa temporalem, neque hæc spiritualem pœnam potest, nisi per accidens, irrogare. Sequitur quartum.

Quartum est Gregorij I. inquit, in priuilegio quod concessit monasterio S. Medardi, &



habetur in fine epistolarum. Si quis, inquit, Regum, Antistitum, Iudicum, vel quarumcunque personarum huius Apostolicæ authoritatis, & nostræ præceptionis decreta violauerit, cuiuscunque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo priuetur.

Si viueret hodie B. Gregorius, & superiora sua verba eo sensu accipi intelligeret, quasi ipse potestatem habuisset priuandi Reges suo honore & dignitate: exclamaret profectò calunniosam esse interpretationem, & se nunquam tale quid vel per somnium cogitasse; & verò quæ alibi scripta ab eo sunt, fidem planè abrogant huic expositioni. Sunt igitur ista non imperantis, sed imprecantis verba, quibus admonet & adiurat omne genus hominum, ne priuilegium à se datum violent, quòd si violauerint, Deum vindicem fore, qui eos suo honore priuet. quod genus admonitionis, & imprecationis, nunc semper addi solet extremis Bullarum & cõstitutionum Pontificiarum, hoc modo. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam, &c. infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius

eius in
incursu

EX hi
quoc
in sacris
tis, vesti
testatis
rectè ec
sententi
& exem
confirm
à doctis
nullam in
bandum
sequētib
licet qu
rum con
testate
aliquan
nisi sing
continer
more in
negat
vulgari

eius incurrat, siue quod idem est, *se nouerit incursum.*

C A P. X L.

EX his facile cernet lector, verum esse quod sapius antè præmonui; Nullū vel in sacris literis, vel in sanctorum patrū scriptis, vestigium aut exemplum temporalis potestatis Pontificiæ reperiri. ac proinde haud rectè eos facere, imò grauius peccare, qui sententiam per se falsissimam, argumentis & exemplis tam alienis & remotis, nituntur confirmare. Indoctos hoc modo decipiunt; à doctis deridentur. Ostendi iam planè vim nullam inesse exemplis superioribus, ad probandum id quod aduersarij affirmant. De sequētibus verò exemplis minus curo: Nam licet quædam eorum instituto aduersariorum congruant, & Pontifices temporali potestate, in postremis Ecclesiæ seculis, vsos aliquando esse indicent: tamen quia nihil nisi singularia quorundam Pontificum facta continent, quos homines fuisse, & humano more in rebus gerendis labi potuisse, nemo negat (ita vt, quod ante ex Soto retulimus, vulgari prouerbio nunc iacetur, *factū Pontificum*



ificum non facit fidei articulum.) ideo de factis illorum, quibus talem potestatem exercere nisi sunt, iuris quæstio & disputatio adhuc superest, rectene an secus peracta sint, Nec illud nos mouere debet, quod authores historiarum, qui facta illa Pontificum literis mandarunt, nullam reprehensionis notam adiecerint, sed potius probarint, laudarintq;. Nam eius rei causas complures fuisse video. Primum quia omnes eius temporis scriptores aut monachi erant, aut saltem clerici, quibus præcipuè augere dignitatem Pontificiam curæ fuit; ideòq; summoperè cauebant, nequa Pontificum facta sugillarent, atq; iniustitiæ arguerent. Deinde quia tanta sanctitatis Papæ tunc temporis opinio fuit, vt gesta ab eo, tanquam à Deo facta, vulgus amplecteretur. Vnde non sine causa Io. Gerson dixit, *Vulgum existimare Papam esse unum Deum, qui habet omnem potestatem in celo & in terra.* Vidi ego ante quinquaginta annos in Scotia, cum staret adhuc regnum fide & religione integrum, Papæ Romani nomen (ita enim Scoticè loquebatur, *the Pape of Rome*) tanta in veneratione apud multitudinem fuisse, vt quicquid ab eo dictum factumue esse narrabatur, oraculi instar,

star, &
retur.
peric
gat, l
gratu
differ
Ponti
nimè v
iram
runt,
mini
anim
oni se
ret; c
tribui
storici
do cor
quàm
cam n
tum a
conte
mand
Lic
starum
scripti
tatum
ab elo
alioq

star, & facti diuini loco, ab omnibus haberetur. Deniq; quia præsens illis imminebat periculum, quod multorum adhuc manus ligat, linguamq; occludit, ne si quid Papæ ingratiū exarassent, & eius facta reprehendissent, tam scriptor quam scriptum diris Pontificijs statim percelleretur. quod minimè mirum ijs videri potest, qui Sixti V. iram & arrogantiam eò vsq; exarassisse norunt, vt, sicut antè admonui, illustres Bellarmini disputationes delere atq; extinguere in animo habuerit, quòd non satis suæ ambitioni seruitum esse ab illo Theologo iudicaret; cùm tamen plus ei certè quàm oportuit tribuisset. His accedit, quòd præcipuum historici officium in narrando, non in iudicando consistit. Vnde multi, memoriâ magis quàm iudicio pollentes, animos ad historicam narrationem appulerunt, & nudâ tantum ac simplicee rerum gestarum relatione contenti, earum æquitatem omnibus æstimandam in medio reliquerunt.

Licet ergo scientiam, & fidem rerum gestarum, illis hominibus debeamus; qui eas scriptis suis posteritati reseruarunt: æquitatum tamen eorum quæ gesta sunt, non ab elogio scriptorum, sed vel ex autoritate



tate Scripturarum, vel ex traditionibus Apostolorum, vel ex antiquis Ecclesiæ decretis, vel deniq; ex rectâ naturalis rationis norma addiscimus. Atq; ita eò res semper redit, vt de cuiusq; facti æquitate sit inquirendum, nec quid author historiæ laudauit vel vituperauit, sed quid iure meritòq; laudari aut vituperari debuit, perscrutemur^a. De exemplis itaq; non laboro, quæ neq; in Scripturis extant & commendantur, neq; aliquo saltem eorum quos diximus modo, laude digna demonstrantur. Etenim profectò periculi plena res est, aliquem exempla, non hæc statera hisq; ponderibus examinata, ad imitandum proponere: quandoquidem ad antiquitatis monumenta accedentibus, mala quàm bona sæpius occurrent. Qua de causa Imperator iudices omnes sapienter admonet, *non exemplis sed legibus esse iudicandum*, atq; in omnibus negotijs non id eos sequi oportere, quod ante ipsos à maximis Magistratibus factum est, *sed veritatem, & legum & iustitiæ vestigia*^h. Hæc suadent, ne reliquis exemplis à Bellarmino productis, prolixius & exquisitius discutiendis immorer, nisi fortè aliquid subesse animaduertero, quo lector incautus, veri specie & opinione, capi possit.

^a L. Sed liest
12. D. de off.
Praesid.

^h L. nemo
iudex. 13.
C. de sent. &
interloc.

possit.
sint, v
2
Imper
prohib
multa
Equi
stæ ver
ita ab
scio.
quæda
rum i
Platin
eius Pe
rat, qu
lentibus
alium f
Platin
aperiè
propon
essent,
gelorum
derent
idololat
se pro
tem iax
verum

possit. eorum igitur aliqua, quæ & qualia
sint, videamus.

*Quintum est Gregorij II. inquit, qui Leoni
Imperatori Iconomacho à se excommunicato
prohibuit vectigalia solui ab Italis, & proinde
multavit eum parte imperij.*

Equidem arbitror hoc exemplum rei ge-
stæ veritatem non continere, quanquam id
ita ab historicis quibusdam relatum esse
scio. Vt ita credam facit tum singularis
quædam illius Pontificis cum summa mo-
rum integritate coniuncta eruditio, tum
Platinæ de hac re testimoniū, qui inter alia
eius Pontificis facta egregia, illud cōmemo-
rat, quod sua autoritate obstiterit Italis vo-
lentibus ab illo impio Principe deficere, &
alium sibi Imperatorem deligere. ita enim
Platina. *Tum verò Leo tertius Imperator, eum
aperiè inuehi in Pontificem non posset, edictum
proponit, ut omnes qui sub imperio Romano
essent, sanctorum omnium, Martyrum & An-
gelorum, statuas atq; imagines è templis abra-
derent & auferrent, tollenda (ut ipse dicebat)
idololatria causa. qui verò secus fecisset, eum
se pro hoste publico habiturum. Gregorius au-
tem tanta impietati non modo non obtemperat,
verùm etiam omnes Catholicos admonet, ne in
tantum*

tantum errorem timore vel edicto Principis
 villo modo dilabantur. Qua cohortatione adea
 certè animati sunt Italiae populi, vt paulum
 abfuerit quin sibi alium Imperatorem delige-
 rent. Quo minus autem id fieret, autoritate
 sua obftare Gregorius annixus est. Addit au-
 tem, hunc Pontificem, vt sanctiffimum vi-
 rum decuit, literis fapius Imperatorem admo-
 nuiffe, vt omiffis quorundam improborum er-
 roribus, veram tandem amplecteretur fidem:
 & abolere fantorum imagines defineret, quo-
 rum memoria & exemplari ad virtutis imita-
 tionem excitarentur homines.

Huic ego authori fidem in hac re potius
 quam alijs historicis etiam antiquioribus,
 maxime verò peregrinis, adhibeo: quòd is
 iuffu Sixti IV. Pontificis aliorum Pontifi-
 cum vitas confcripferit, idq; Romæ, vbi
 multa ei ex antiquis monumentis adiumenta
 fuppetebant, ad indagationem veritatis re-
 rum in Vrbe atq; in Italia geftarum: quibus
 alij, vt apparet, deftituti, non nifi incertam
 famam, & fparfos hominum rumores (qui
 fape quod factum volunt, factum narrant)
 pro certa & explorata veritate acceperunt.
 Si Platina fuperiorem hiftoriæ particulam
 fílentio præteriiffet, iftorum certè, qui de
 Gregorio

Grego-
 lut tac-
 eos ict-
 multu-
 minus
 diction-
 ro meli-
 rerum a
 vsum et
 & veri-
 fequi,
 arguer-
 tum fit
 aliorum
 rum ali-
 quàm in-
 feeda no-
 re. Nam
 nes fpiri-
 meritò e-
 hibere n-
 etus, ce-
 Imperat-
 perator,
 Euangel-
 ic. Leon-
 impium,

Gregorio aliter scripserunt, sententiam velut tacito consensu confirmasset: at cum ita eos scripsisse non ignoraret, (vtpote homo multum in illis historijs versatus) & nihilominus eorum sententiam manifesta contradictione impugnet, verisimile est eum multo melioribus & certioribus testimonijs in rerum ab hoc Pontifice gestarum relatione usum esse. Quapropter humanius videtur, & veritati congruentius, Platinam in hac re sequi, atq; in Zonaræ scriptis mendacium arguere (cum satis experimento comperitum sit, hallucinari frequenter eos, qui ex aliorum relatione, dicta factæque populorum alibi degentium literis complectuntur) quàm innocentem optimi Pontificis vitam, scæda nota iniustitiæ & rebellionis maculare. Nam licet verum sit eum, pro sua in omnes spiritali potestate, Imperatorem hunc meritò excōmunicare potuisse: tamen prohibere ne populus, Romano imperio subiectus, censum daret Cæsari, siue vectigalia Imperatori pēderet, quamdiu manebat Imperator, non sine manifesta legis diuinæ, & Euangelicæ doctrinæ præuaricatione potuit. Leonem autem hunc, quantumlibet impium, ad mortem vsq; Cæsarem mansisse,



se, & neq; à populo neq; à Pontifice ab imperio depositum & abdicatum fuisse satis inter omnes constat. Dico igitur falsum esse quod scribunt Centuriatores Magdeburgenses, hunc scilicet Pontificem, doctrinâ & moribus insignem, patriæ suæ proditorem extitisse. Dico etiam falsum esse, quod superiore exemplo proponit Bellarminus, eundem nempe Pontificem multasse Leonem Isaurum Iconomachum parte imperij. Nihil enim quicquam mali, vt & hac Platina historia liquet, neq; in patriam, neq; in Principem commolitus est. Sequitur nunc sextum.

C A P. XLI.

Sextum est Zacharia, inquit, qui rogatus à Primoribus Francorum Childericum deposuit, & in eius locum Pipinum Caroli Magni patrem Regem creari iussit.

Præiusquam aliquid de hoc exemplo dicam, operæpretium est, inuolutam de eo historiam euoluere, & totum illud Zachariæ factum cum sententia cui probandæ adhibetur, iunctis vtrinque circumstantijs, breuiter componere: vt inde facilius lectori appareat,

parea
prop
firm
Pr
fione
quofa
omni
tos, ni
men h
penes p
seban
bat, t
perior
prater
stipena
Domu
liud pro
pari r
mulos,
exhibe
scribit
Si
ueniet
isse in
choru
restate
iaus.

pareat, quàm parum efficacitatis ei infit vt
propòsitam aduersariorum sententiam con-
firmet.

Primum igitur in illa historia animaduer-
sione dignum est, Childericum, & alios
quosdam ante eum Reges Merovingios,
omni prorsus regnandi autoritate destitu-
tos, nihil nisi inane atque inutile Regis no-
men habuisse. Nam & opes & potentia regni
penes palatij præfectos, qui Maiores domus di-
cebantur, & ad quos summa imperij pertine-
bat, tenebantur: qui vsque adeo Regibus su-
periores erant, ipsq; dominabantur, vt Rex
præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ
stipendium, quod ei præfectus, siue Maior
Domus, prout videbatur, exhibebat, nihil al-
liud proprij possideret, quàm vnā & eam per-
parui redditus villam, in qua domum, ex qua fa-
mulos sibi necessaria ministrantes, atq; obsequia
exhibentes, paucæ numerositatis habebat. Vt
scribit Eginhartus in vita Caroli Magni.

Si quis igitur rem propius intueatur, in-
ueniet binos tunc quodammodo Reges fu-
isse in Francia: vnum qui instar regis Sca-
chorum, nomen tantum Regis, sed nullam po-
testatem regiam habebat. vt loquitur Aim-
onius. ^a. Alterum verò, cui Maior Domus <sup>a Lib. 4.
cap. 61.</sup>
siue



siue præfectus aulæ nomen erat, *apud quem summa regni potestas consistebat.* Hic nomine tenus quasi sub Rege erat, autoritate verò & potestate supra Regem: ita vt nihil ei deesset præter nomen ad plenam perfectamque regnandi maiestatem; quod etiam aliquando ei à populo deferebatur, vt summum illud quod gerebat imperium, summæ dignitatis nomine significaretur. Itaque Aimoinus de Carolo Martello Pipini patre loquens, qui magnum Sarracenorum exercitum, ex Hispania in Gallias irruentem, fudit: *Deuictio, inquit, aduersariorum agmine, Christo in omnibus præfule & capite salutis & victoria, Rex Carolus salubriter remeavit ad propria, in terram Francorum solium principatus sui.* En vt Maiorem Domus Regem vocat, propter eam ipsam, qua præditus erat, regalem potestatem.

Deinde in ea historia notandum est, Francorum proceres longam Regum suorum ignauiam pertasos, ad Maiorem Domus Pipinum Caroli filium, pacis bellique artibus instructum, mira consensione oculos animosque conuertisse: quæ res eum ita in spem regni erexit, *vt regium nomen non dissimulanter affectarit:* quod vt facilius sine odio &

& scan
ruit in
ficem
tendum
tificæ a
ter sed
rentiam
tutum.

Tert
genera
qui in
dius Re
Regis,
an vera
publica
disse, m
quem sun
so adduc
gem. No
de Hypo
ricum n
nomine
regni fa
eum gen
sententi
tinebat
iudicium

& scandalo multitudinis assequeretur, statuit in primis tentandum per legatos Pontificem Romanum, & eius consensum expectandum: ratus nimirum, quod res erat, Pontifice annuente, populum vniuersum, propter sedis Apostolicæ sanctitatem & reuerentiam, facile in eius sententia acquiesciturum.

Tertio sciendum est, Zachariam Papam generaliter consultum fuisse *de causa Regum qui in illo tempore fuerunt in Francia, vter potius Rex vocari debeat, isne qui nomen tantum Regis, sed nullam Potestatem regiam habebat, an verò qui industria virtuteg. sua, negotia publica moderaretur.* & generaliter respondisse, *melius esse illum vocari Regem, apud quem summa potestas consisteret: quo responso adducti Proceres, Pipinum sibi deligunt Regem.* Non dubium tamen est, quin Pontifex de Hypothesi certior factus fuerit, Childericum nempe abdicandum, *qui falso Regis nomine fungebatur,* & Pipinum eius loco ad regni fastigium euehendum. Sed ita opinor eum generaliter respondisse, quia generalis sententia, nullius certæ personæ notam continebat, & integrum Franciæ Optimatibus iudicium, vt inde quod optabant colligerent,

rent, relinquebat. atque ita Papa non simpliciter deposuit Childericum, sed deponentibus consensit. Verùm quia eius consensus præcipuè spectabatur, dicitur præcisè ab historicis quibusdam Childericum deposuisse.

Postremò, in ea historia seriò & diligenter perpendendum est, quòd Zacharias Papa, auditis Pipini legatis de mutatione regni & Childerico deponendo, rem illam tam insolentem & arduam esse iudicabat, *ut initio minime auderet tam magni momenti cogitationem suscipere*, tametsi iam satis intellexerat Merouingiorum socordiam ingens religioni & reipublicæ Christianæ detrimentum afferre: donec compertum exploratumq; habuisset, Proceres omnes Francorum à Pipino stare, eumq; Regem cupere: & præterea Childericum esse postremum Merouingiorum, hominem sine liberis, adeo stupidum, *ut ingenuo dolori amissum regnum ipsi futurum non esset, nec usquam esse qui eius vicem quererentur*. Hæc illa erant, quæ iuncta cum singulari studio & amore quo Pontifex Pipinum prosequeretur (eò quòd ipse, & pater eius Carolus, multis ecclesiam Romanam & sedem Apostolicam officijs essent demeriti) Zachariam mouebant, ut Francis, eam
Regum

Regum
retur.

Ha

gotio

men n

de illi

larmin

riæ aq

nemin

illud f

non fa

isse aff

bilem

per sua

Childe

dem nu

num ino

tur. Dep

prijs sub

cum ille

foli gest

netur, p

fatis ost

quibus a

bandam

vt illa ab

mum, q

0000

Regum mutationem cupientibus assenti-
retur.

Hæc quanquam ab historicis de hoc ne-
gotio ad hunc modum conscripta sunt, ta-
men magna nobis adhuc causâ dubitandi
de illius facti æquitate relinquitur. Scio Bel-
larminum alibi, ^b nimia huius facti Zacha-
riæ æquitatis fiducia, audaacter affirmare,
neminem sanæ mentis negaturum, factum
illud fuisse iustum. At nihil proponit, cur
non sapientissimus quisque iniustum id fu-
isse asseueret: nullam dico rationem proba-
bilem & efficacem reddit, quâ sapiens sibi
persuadeat, Papam Francis in deponendo
Childerico iuste consensisse. quandoqui-
dem nullo casu licet malum facere, vt bo-
num inde quantumuis magnum consequa-
tur. Deponi autem Regem legitimum à pro-
prijs subditis, aut deponentibus consentire,
cum ille solum Deum supra se habeat, cui
soli gestorum suorum rationem reddere te-
netur, per se & simpliciter malum esse, iam
satis ostendimus. Argumenta autem duo
quibus ad depositionis illius iustitiam pro-
bandam vitur, adeo incerta sunt ac friuola,
vt illa ab eo proposita esse mirer. Nam pri-
mum, quod facti Zachariæ æquitatem, e-

^b Lib. 2. de
Rom. Pontif.
cap. 17.

0794

Y 2

uentu



uentu rerum metitur, quasi ideo factum illud iustum censeretur, quod illa regni mutatio prosperos & felices successus habuerit (*præsertim, inquit, cum euentus docuerit mutationem illam felicissimam fuisse*) id adeo plebeium est & puerile, ut ne cogitari quidem à tanto viro, nedum scribi debuerit.

————— *Careat successibus opto,*

Quisquis ab euentu facta notanda putet.

Quid enim? Nonne postea in eodem regno Franciæ, mutatio à Carolouingijs ad Capeuingios, per summam iniustitiam facta est? Nam Hugo ille Capetus, animi magnitudine & rebus potens, cum eius conatus nemo reprimeret, vi atque armis (vero hærede capto & incarcerato) regni se diademate insigniri obtinuit. Vnde Gaguinus eum regni usurpatorem vocat, & tamen inter omnes constat, mutationem illam felicissimam fuisse, & ut quidam putant, occulto Dei iudicio factam, ut Pipinus, qui Merouingijs regnum per iniuriam eripuit, tandem aliquando parem in sua sobole iniuriam pateretur. Itaque Carolouingij non ita diu regno potiti sunt si cum Capeuingijs conferantur. Capeuingij verò longe diuturnius stabilitum in sua gente imperium habent, & spero

spero
A
ficac
citra
Rege
qui in
& cor
Bonifa
etor i
fuisse
ment
das e
illo n
citra
egit :
exequ
& ideo
tas im
stendij
tas. d
mand
re pot
tifex;
que D
dofus
& Lib
eorum

spero in perpetuum habituros.

Alterum quoque argumentum nihilo efficacius est, quod à Bonifacij episcopi sanctitate trahit, qui Pipinum, iussu Zachariæ, Regem unxit & coronauit. *adde, inquit, quod qui iubente Pontifice Pipinum Regem unxit & coronauit, vir sanctissimus fuit, B. videlicet Bonifacius Episcopus & Martyr, qui certe auctor iniustitiæ, & sceleris publici nunquam fuisset.* leue inquam hoc est & nullius momenti argumentum. Nam Bonifacius nudas executoris mandati Apostolici partes in illo negotio obibat, ideoque nihil eius sanctitati detraxit, quod iubente Pontifice per egit: quippe tenebatur Papæ sententiam exequi, licet sciuiisset eam esse iniustam: & ideo licet reum fecisset Zachariam iniquitas imperandi, innocentem Bonifacium esse ostendisset ordo seruiendi, & parendi necessitas. ^d illæsa igitur conscientia Bonifacius mandatum Zachariæ etiam iniustum exple potuit. At fuit Zacharias iste bonus Pontifex; fieri potest, nec id negamus, fuit quoque David bonus Rex & Sanctus; & Theodosius bonus Imperator: fuere Marcellinus & Liberius boni Pontifices; attamen nemo eorum non aliquid reprehensione dignum admisit.

^c Cap. Pa-
forali S.
quia verò d
off. ind. dele

^d Can quid
culpatur. 23
9. 1. can. mi-
les. 23. 9. 5.



admisit. Quidni ergo Zacharias odio vel a-
mori indulgere, & humano more iustitiam
aliqua ex parte violare potuerit? Notum est
Zachariam tunc Pipini auxilio, contra Ai-
stulphi & Longobardorum iniurias, pluri-
mum eguisse. an non ingens illa erat ad ex-
pugnandam iustitiam machina? amor, odi-
um, & proprium commodum, faciunt iudicem
sape verum non cognoscere.

*o Aristot.
lib. 1. Rhet.
ad Theode-
stem. cap. 1.*

Sed ne quid ultra de huius facti Zacha-
riæ æquitate contendamus, esto quod op-
tant, demus factum illud fuisse iustissimum.
Quid inde, quæso, roboris & firmamenti
accedere potest ad probationem tempora-
lis potestatis, quam Papæ in Principes tri-
buunt? Nunquid aliud, quàm vt eius facti
exemplo, Papa nunc faciat quod tunc fecit
Zacharias? nempe vt alicui populo Regem
suum, paribus de causis, abdicare cupienti
consensum præbeat? hoc est, si Rex is sit qui
nomen tantum habet, sine vlla regnandi au-
thoritate, aut potestate regia: quiq; & libe-
ris orbis, & animo adeo ignauo ac stupido
est, vt sine cæde & sanguine deponi: & ne-
mine eius vicem dolente, aut partes tutan-
te, ex Principe priuatus reddi possit. Nam
argumentum ab exemplo nihili est, nisi pa-
res

res vtr
go exe
iam illa
qua sequ
terdum
copijs flo
præstant
sensu, sec
des, per f
Christia
septri
con

H An
tbo

res utrobique & casus & causæ sint. Hoc ergo exemplum Zachariæ quid ad immensam illam potestatem stabiliendam confert, qua sequentibus seculis freti Pontifices, interdum Reges potentissimos, & omnibus copijs florentes, animique & corporis viribus præstantes, non populorum rogatu vel consensu, sed proprio motu, per bella, per cædes, per schismata, per maximas reipublicæ

Christianæ calamitates, regnis priuare & sceptris spoliare se posse gloriati sunt, & conati? Nunquid facti Zachariæ exemplo id illis licere, quisquam sapiens iudicabit?

Sed de hac re
satis.

C A P. XLII.

Hanc supremam partem libri nobis *Au-*
thoris obitus inuidit.



res utroque & calis & canis sunt. Hoc est
 de exemplis Nactaris quid ad tamen
 iam illam perferam respiciendum confer
 quod sequentibus secutus est Thomases in
 tertium Reges perentibus, & omnibus
 copiosiores, ut in hoc & corporis viribus
 prestantes, non perentibus totum vel con
 tantum sed prope totum per totum per ce
 der per schismata, per nactas respiciet
 Christianas calitates, regis priore &
 sequens hanc se posse gloriam hanc &
 conari Nactis facti Nactis
 exemplo id illis licere, qui
 quam tunc in iudicibus
 Sed de hac re
 facis

CAP. XLII.

Hanc hanc partem hanc nobis hanc
 hanc optus hanc



